This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Ld 11
5

Ld 11. 5

SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

45 cts

BOUGHT WITH


THE GIFT OF

WILLIAM GRAY,

OF BOSTON, MASS.

(Class of 1829).

Aug. 12, 1862.



DRACONTII,
Preſbyteri Hiſpani,

CARMEN EPICVM

HEXAËMERON

Ab EVGENIO II. Epiſcopo Tolet.
emendatum

EIVSDEMQVE

ELEGIA AD THEODOSIVM
Iuniorem, Imperatorem Auguſtum.

Denuo edidit, ac NOTIS illuſtrauit
IOH. BENED. CARPZOV



HELMSTADII
Apud C. G. FLECKEISEN. 1794.

L d 11. 5.

1862, Aug. 12.
45 cts
Gray Fund.

PRAEFATIO
EDITORIS.

Poterant quidem Teſtimonia doctorum virorum, praefixa libello huic, ſuperfluam facere aliquam Praefationem; quum tamen in duas abeant ſententias, nolo diffiteri, haut ita mihi diſplicuiſſe Dracontium, quin typis eum repeterem poſt centum et quinquaginta annos, a quo prodierat vltima vice ſeparatim. Cuius etſi nonnulli Verſus non tenui, ſed craſſo ac ſoloce (vt Sirmondus ait,) contexti filo ſint, aetaſque etiam ſequior denegauerit quibuſdam hexametris ornatum, numeros, facilitatem; ingenii tamen laudem eripere nequaquam potuit.[1] Iniquior enim fuit Caſparus Barthius, putans Hiſpanum illum ſubinde ita enunciaſſe acutule, vt videretur ſe ipſum non ſatis intellexiſſe: quum Idem ille alio in loco ſibi tam parum conſtet, vt eum erudite, immo ſublime,

ſcripſiſſe iudicaret, et dignum putaret emendare loca, quae ſcribarum culpa exiſtimaret vitiata eſſe. Nam ſi alii coniecerunt de Noſtro non ac merebatur, opiniunculas hi ſuas praecipitarunt, Carmine ipſo non ſatis intellecto. Certum eſt, Dracontium multo ſtudio imitari voluiſſe elegantiam veterum; facilitatem linguae ſaltem non tenuit, et affectauit nonnulla, quae primo intuitu contra dicere videantur, quamuis cognita rectius, repugnent minime. Vt facilius intelligatur Hexaëmeron, Paraphraſin adieci, quali Albinouanum et Cornelium Seuerum explicauit Ioh. Clericus, quod inſtitutum approbauit Kromayerus in fine Praefationis ad Falconiam. Nam in Elegia ad Theodoſium, vtpote faciliori, Paraphraſin putaui omitti poſſe.

Melius eueniſſet, ſi legeretur vterque libellus ante illam Eugenii immutationem, nam de valore ac pretio eius accuratius conſtaret. Interea quum ipſe Eugenius fateatur, ſe in Dracontio non niſi ſuperflua expunxiſſe, et quae deeſſe ſibi videbantur ſuppleuiſſe, alia immutaſſe; ego certe non exiſtimo, Eugenium, doctrina ac literis ſuperiorem Dracontio fuiſſe, ſed ingenioſa et acuta

plera-

pleraque deberi Huic, Iſtum vero immutaſſe non-nunquam, quae ſatius fuiſſet ſi parum immutata eſſent. Quod enim ſcripſit, ſe mole nugarum expiaſſe ſcriptorem ſuum, prope thraſonis ea videtur vox. — Simile quid euenit in aliquo vetuſto Catulli exemplari, quod hiatibus nonnullis deforme ac mutilum, Iouianus Pontanus emendauerat, et lacunas de ſuo ſuppleuerat, ac deleuerat quae non ipſe probaret. Quod auſum Iouiani, laudat quidem Sannazarius Epigrammate ſingulari, ſed Vlamingius, Sannazarii editor, reprehendit; addens in Nota, tale mangonium in Dracontio Eugenium exercuiſſe. — Quicquid fuerit, contenti, ſodes, Lectores, eſtote hoc Catone, quum multa tamen egregia inſint Poëmati, ac ſcriptor non omnibus cognitus, fuerit dignus; e tenebris quibus latuerat ſuis, in lucem denuo produci.

Ceterum quod prouecta aetate mea auſus ſum explanare, quae nonnulli forte non ſatis mihi conuenire putent; illis profiteor, me, quicquid fuerit huius induſtriae, tum animi recreandi cauſſa, (nam ſtudia iſtius generis vel ſenectutem adeo oblectant,) tum et propterea ſuſcepiſſe, quia timidiuſculus more ſenum factus, emittere non audeo

alia theologica, prelo parata. Nam Dogmaticam orthodoxam, (ſic enim candide vocaui librum,) et Commentarium in eam integrum, Latine elaboraui. Veritus autem, ne illud nomen meum, hodie non tam vt olim acceptum, cenſuris exponam aſperis eorum, qui ſibi videntur ſagacitate et acumine prominere, non audeo emittere. Si etiam functus fuero, meo Chriſto fauente, mortalium fato inſtanti, illi, ad quos peruenient res meae, quando putabunt ſe gratius litaturos eſſe ſaeculo, — iſta anxie elaborata, nutrimen poterunt Vulcano ſacrificare. Scribeb. Helmſtadii, A. D. XXIV Iunii, cIↄIↄccxcIV.

VARIO-

VARIORVM

TESTIMONIA

DE

DRACONTIO ET EVGENIO TOLETANO.

ISIDORVS HISPALENSIS
De Scriptoribus Eccleſiaſticis, Cap. XXIV.

Dracontius compoſuit heroicis verſibus Hexaëmeron creationis mundi, et luculenter, quod compoſuit, ſcripſit.

SCHOLIVM AVB. MIRAEI. *Dracontius*, natione Hiſpanus, libellos duos verſibus conſcripſit. Prior, carmine heroico conſcriptus, *Hexaëmeron* nuncupatur, et creationem mundi continet: cui Operi *Eugenius*, Toletanus Epiſcopus, *monoſticham recapitulationem ſeptimi diei* adiecit. Altero libello, ad Theodoſium Iun. Auguſtum, verſibus elegiacis ſcripto, veniam petit, ſi fortaſſe in praecedenti carmine incautus errauerit; precemque defert, cur de triumphis illius eodem in Opere tacuerit. Vtrumque Dracontii libellum, iuſſu Chindaſuindi Regis, ab eodem Eugenio Epiſcopo (vt *Ildefonſus* cap. vlt. de Viris illuſtrib. teſtatur,) emendatum, *Sirmondus* 1619 Lutetiae publicauit.

ILDEFONSVS TOLETANVS
De ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Cap. XIV.

Eugenius alter - - - ſcripſit duos libellos, vnum diuerſi carminis metro, alterum diuerſi operis proſa concretos: qui ad multorum induſtriam, eius ex hoc tenaciter ſanctam valuerunt commendare memoriam.

Libellos quoque *Dracontii de creatione mundi* conſcriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea, quae inconuenientia reperit, ſubtrahendo, immutando, vel meliora coniiciendo, (conficiendo) ita in pulchritudinis formam coëgit, vt pulchriores de artificio corrigentis, quam de manu proceſſiſſe videantur Auctoris. Et quia *de die ſeptimo* idem Dracontius omni modo reticendo, ſemiplenum opus viſus eſt reliquiſſe; iſte, et ſex dierum recapitulationem ſingulis Verſibus renotauit, et de die ſeptimo, quae illi viſa ſunt, eleganter dicta ſubiunxit.

SCHOLIVM AVB. MIRAEI. *Eugenii* huius iunioris *Epigrammata*, aliaque Opuſcula, *Sirmondus* anno 1619 Lutetiae edenda curauit, vna cum Dracontii libellis duobus, ab eodem *Eugenio* recognitis. Dracontii operi (in quo, carmine heroico, mundi conditionem deſcripſit, et Geneſeos initium eleganter explanauit,) diei ſeptimae explicationem, quae deſiderabantur, Eugenius adiecit. Ex iis verſibus intelligi datur, fuiſſe virum non inelegantis ingenii, neque ineruditi - - - - - - - - [*Reliqua, a me omiſſa, pertinent ad Epigrammata Eugenii, de quibus vide Polyc. Leyſeri Hiſt. Poëtar. med. aeui, p. 189-194.* I. B. C.]

SCHOLIVM aliud. Eugenii in reſtituendo Dracontio, emendationem, Scholiaſtes Ildefonſi affirmat, vidiſſe ſe in peruetuſto Codice Manuſcripto Petri Rui-

zii

zii Azagrae. Conf. Biblioth. Patrum Maxim. Lugdun. T. IX, p. 724. (*)

(*) ANNOTATIO. FR. IOH. MARIA BRASICHELLEN, *Tom. I. Indic. Libror. Expurgand.* (Rom. 1607. 8.) *p. 269* ex Iſidoro et Ildefonſo eadem repetiit hic adducta.

SCHOL. aliud. IOH. GRIALVS, Canonicus Hiſpanus, in Notis ad Iſidori Originum librum 12, c. 2 atteſtatur, librum Dracontii ab Eugenio emendatum, ſcriptum fuiſſe *Gothicis characteribus*, et ſeruatum ſuo tempore in bibliotheca *Roderici*, Epiſcopi Hiſpani.

HONORIVS AVGVSTODVNENSIS

Lib. de Luminarib. Eccleſ. III, c. 28.

Dracontius compoſuit heroicis verſibus Hexaëmeron creationis mundi.

IOH. VASAEVS

In Chronico Hiſpaniae, A. D. DCLI, in Eugenio.

Dracontius fuiſſe videtur Hiſpanus, quantum ex S. Iſidoro colligi poteſt, floruit temporibus Iuſtiniani Imperatoris, et Athanagildi Regis Gothorum. Compoſuit *Hexaëmeron* creationis mundi.

GEORG. FABRICIVS

In Commentar. ad Poëtar. Vett. Eccleſiaſt. Opera Chriſtiana, p. 45.

Dracontius, poëta Chriſtianus, qua gente aut patria fuerit, ignotum. Eius Carmen, *Hexaëmeron*, id eſt, *de opere creationis ſex dierum*, eruditum atque inſigne eſt, quod Pariſiis editum e bibliotheca diui Victoris, huic Operi adiecimus, tribus quatuorve emendatis erroribus, quos typographus admiſerat.

[EDITORES BIBLIOTHECAR. PATRVM, ab Anno inde 1589. editionis ſecundae *Margarini de la Bigne*, vide ſeorſum infra, poſt haec Variorum Teſtimonia. I. B. C.]

MELCH. HEIMINSFELD. GOLDASTVS

In Notis ad Paraenet. Scriptor. Vett. et, *in Epiſt. ad Weitzium, huius editioni Dracont. praemiſſa.*

Dracontius, probus auctor eſt, concinnus, et ipſa breuitate commendabilis, ſed ab aeuo ſequiori. In quo tamen elegantiarum floſculi, ceu purpureae quaedam inſtitae, interlucent ac ſcintillant De gente eius ac patria - - - - in comperto eſt, gente fuiſſe literarum alumna, ſtudiorum nutrice, - - - gentileſque habuiſſe ex priſcis illis *Ethnicorum* poëtis, Sextilium Heminam, Senecam, Lucanum, Columellam, Silium Italicum, Decianum, Licinianum, Caninium Rufum, Martialem, Adrianum Imperatorem, Feſtum Auienum, Aquilium Seuerum; et ex *Chriſtianis* Metronianum, Tiberianum, Iuuencum, Prudentium, Damaſum, Fulgentium, Iſidorum, et Orontium.

IDEM GOLDASTVS

Libro eodem, paullo poſt.

Eugenius ſecundus, Toletanus, poëta fuit, pro illo aeuo non malus, et cum primis Chriſtianorum cenſendus. Cuius aliquammulta *Epigrammata* in membranis meis manuſcripta et ἀνέκδοτα poſſideo. *Hexaëmeron ab eo interpolatum*, necdum (quod quidem ſciens ſim,) in lucem prodiit. Nam quod vulgo circumfertur, ipſiſſimum *Dracontii* eſt ἀρχέτυπον et primigenium exemplar, in quo de ſex dierum ἀνακεφα-

λαιώ-

λαιώσει et ſeptimi ſupplemento, nec vola nec veſtigium. (*).

(*) (*Reliqua, apud* Goldastvm *ipſe euolue. Scripſit autem haec Goldaſtus Francofurthi anno* 1609. I. B. C.)

CASPAR BARTHIVS

In Aduerſariis, lib. VII, cap. 20.

Sane *Dracontius* Hiſpanus adeo acute et neruoſe de plerisque incidentibus loquitur, vt vix ſeipſum ſatis intellexiſſe videatur. — Omnino autem mendis adhuc pluribus ſcatet; quae niſi tollantur, notha pro legitimis, ſuppoſita pro genuinis interpretari fruſtra labores.

Eodem libro et capite.

Non aſſentior doctis, qui hoc ipſum ἀρχέτυπον Dracontii cenſent. Potius id, quod ab Eugenio Toletano interpolatum eſſe traditur. Certe ταυτόλογον hoc Opuſculum, et minime narrationibus detexendis ſibi conſtans, extendit iam fini proximas, et abruptis alias alias non ſuis locis intexit.

In iiſdem Aduerſar. l. XXIII, c. 19.

Dracontius, mire eruditus, licet intricatior.

Ibidem, l. LIV, c. 9.

Poëta, ſenſu et eruditione, quam eloquentia, longe melior et inſtructior.

NICOLAVS ANTONIVS

In Biblioth. Hiſpana vetere, Tom. I, l. 3, c. 3. p. 192.

Paragr. 69. *Dracontius* ſub Theodoſio Iun., qui ad vſque quinquageſimum huius ſaeculi annum vitam

tam extendit, poëſis laude inter Chriſtianos floruit vates. Superſunt rei teſtes; breue *Iſidori* teſtimonium: - - - - - quod *Honorius*, vt ſolet, breuiauit. Opus ipſum ab Iſidoro laudatum, quod manibus omnium teritur, *Hexaëmeron*, ſiue *Opus ſex dierum*, Heroico carmine. Huic ſubiungitur alter libellus elegiacis verſibus ad Theodoſium Auguſtum, in quo veniam petit, ſi quod in ſuperiori Opere incautus errauiſſet, precatuſque condonari ſibi, quod in eo de triumphis illius nihil dixerit. At illos *de creatione ſex dierum* duos libellos, *Eugenius*, Epiſcopus Toletanus iunior, (*tertium* alii ab Eugenio primo, huius vrbis Epiſcopo, S. Dionyſii ſodali, appellitant;) *quos antiquitas protulerat vitiatos* (ait Ildephonſus,) *ea, quae inconuenientia reperit*, - - - - - *quam de manu proceſſiſſe videantur Auctoris.* Cuius viri iudicio, de vtroque Poëta non parum detrahit αὐτοψία ipſa, quae docet affatim, quantum valuerit vnuſquiſque eorum facultate pangendi carminis, aetatiſque et conuictus barbarae gentis, ſub qua natus Eugenius fuit, conſideratio. Subiungit Ildephonſus: *Et quia de die ſeptimo idem Dracontius - - - - - quae illi viſa ſunt, eleganter dicta ſubiunxit.*

Paragr. 70. Ibi exponitur de quibuſdam Editionibus *Dracontii.*

Paragrapho 71 pergit Antonius ita: Vnde, quum tam liquido de Auctoris aetate conſtet, mirum videri debet, adeo perſpicuam rem vni *Voſſio* latuiſſe, qui, in *vltimo Capite de aetate Poëtarum Latinorum*, in quod incertae aetatis eos conieciт qui *poſt Carolum M.* vixere; hunc potiſſimum *Theodoſiani* temporis Poëtam in hunc album contulit. - - - - - - - - - - - -

Paragraphum 72 contrahere in breuiora liceat.] Plane quum adſcribimus Poëtis *noſtris* (Hiſpanis), Dracontium, non vllum e Veteribus ſequimur. Nam nec

Iſido-

Iſidorus, nec Ildephonſus, nec Honorius, qui olim meminere, vnde domo fuerit, monent. Neque item e Recentioribus, Geſnerus, Bellarminuſque. Ad quos ignotus forte ſuperioribus Saeculis peruenit: ideo neque eius mentionem videas Philippum Bergomenſem; Lilium Giraldum, - - - - - - At Nouiores, neſcimus plane vnde moti, Miraeus, Labbeus, Bignaeus, aperte *Hiſpanum* vocant. Nouimus tamen, ad partes quis *Bivarium* [*Franciſcum, is fuit monachus Ciſtercienſis Hiſpanus,* I. B. C.] traxerit; nempe ficulneus *Maximus;* quem, ſi eſſet alicuius fidei, non admittere rei auctorem piaculum eſſet. Apage ergo *Maximi* haec ad Annum 430, - - - - et ad Annum 412 - - - - - - - - quae duo teſtimonia, eidem, an duobus Dracontiis, dicta ſint, non audet *Bivarius* hariolari. Apage etiam, credentis Maximo, pſeudo *Hauberti* nugas, qui - - - - - - - - - - - - - [*Reliqua ipſe, ſis, ibi legas, ſi contigerit videre Antonii librum rarum, cuius copiam mihi fecit Ill. Langerus, ex Bibliotheca Auguſta Wolfenbutelenſi.* I. B. C.]

IDEM NIC. ANTONIVS
Eodem Tomo I, Lib. 5. Cap. 5, p. 281 ſqq.

Paragr. 251. *Eugenios duos,* Toletanae ſedis, alterum poſt alterum, Praeſules, S. Ildephonſus miris extulit laudibus. - - - - - 252. *Eugenius ſecundus,* vulgo *tertius,* - - - - - - - 254. ſcripſit de S. Trinitate libellum; - - - - - - - Scripſit et duos libellos; vnum diuerſi carminis metro, alium diuerſi operis proſa concretos. - - - - - - - - - - Cuncta haec periere. - - - - - Vnum autem extat, de quo ita Ildephonſus: *Libellos quoque Dracontii de Creatione mundi conſcriptos - - - in pulchritudinis formam ita coëgit, vt pulchriores* - - - - [Reliqua, ex antecedentibus repete.]

Repetit Paragraphus 255, haec: Dracontium temere aiunt gente *Hiſpanum* fuiſſe nonnulli, credentes aucto-

auctoribus heri et nudius tertius confictis, quorum ex numero *Haubertus Hiſpalenſis*, fabuloſiſſimus omnium ceterorum, ad Annum Chronici ſui 430, Num. 24. *Dracontius*, ait, *Oſcae Celtiberorum obiit, vbi erat Preſbyter.* - - - - - Dracontii autem hoc Opus inuentum videtur fuiſſe Anno 1494 in Bobienſi Coenobio Longobardiae, ſi non aliud eſt *Dracontii varium opus*, quem inter alios ibi tunc repertos libros Raphaël Volateranus in Geographia ſua, ſiue Commentariis verſus finem enumerat. - - - - - - - -

256. Editum fuit (Dracontii Hexaëmeron,) *duobus libellis* conſtans, cum Eugenii recognitione, et ſeptimi diei Appendice, aliiſque eiuſdem *Poëmatis*. Ex Bibliotheca S. Victoris Pariſienſi primum prodiit auctore Geſnero. Deinde Baſileae, - - - - - - - - - - Horum aliqua *Carmina* inſeruit Actis Eugenii, ad diem 13 Nouembris, *Ioh. Tamajus Salazarius*. Poëtica ſane eius facultas, pro captu illius temporis, tam ex *his* apparet, quam ex Carmine quodam artificioſe elaborato, quod ex MSCto Codice *Michaëlis Ruizii Azagrii* dedit nobis Ambroſius, Moral. l. 12. c. 34. in quo ſingulorum Verſuum initiales et poſtremae literae *Eugenius miſellus* conficiunt. [*Hoc epigramma dedi in Notis ad Eugenii Praefationem ad Dracontii Hexaëmeron.* I. B. C.]

257. Sequuntur Editiones Ruizii, Sirmondi, et Weitzii. - - Neſcio autem an Sirmondianam praeceſſerit Weitzii. Thom. Reineſius Sirmondiana priorem facit. [*Rectiſſime. Antonius igitur neutram vidit!* I. B. C.]

CHRISTIANVS DAVMIVS

In Syllabo Poëtar. Chriſtianor. Vett. praefixo *Ben. Paullin. Petrocorii libro de vita S. Martini.*

Dracontii librum primum, a Guil. Morello cum Victore Maſſilienſi typis deſcriptum; a Geo. Fabricio et

et Bibliothecae Patrum conditoribus reiteratum; Sirmondus, et folio, et libro ſecundo, (quem et *Ioh. Grialius* ad Iſidori Hiſpal. Orig. l. 6. c. 9. laudat, forte ex *Ruizii* exemplari, in Hiſpania, cuius ipſe meminit p. 74 ad Corippum excuſo. Vid. et Barthii Aduerſar. 4, 11.) auctiorem dedit, vna cum Eugenio Toletano, Pariſ. 1619. 8.

Eugenius Toletanus, a *Michaële Ruizio*, (vt ipſe ad Corippum meminit) cum Dracontio; et a Sirmondo Pariſiis in vulgus emiſſus eſt: repetitus in Bibliotheca Patrum Colonienſi Tomo XV; et cum Notis a *Riuino*, adiunctus Dracontio.

OLAVS BORRICHIVS
De poëtis Latinis, Diſſ. 2. §. 60.

Dracontius, Hiſpanus, *Hexaëmeron* ſcripſit Epico Carmine; nec illo inculto quidem, ſed aliquando propter cogitationum ſubtilitatem, intricati obſcurique ſenſus.

ADRIAN. BAILLET
Jugemens des Savans, T. III, p. 269 ed. vlt.

Dracontius, Prêtre Eſpagnol du tems de Marcien et Leon: d'autres le mettent ſous Iuſtinien; et d'autres même après Charlemagne, mais ſans fondement, et contre le temoignage de ceux de ſon tems et de ſon pays.

L'Hexaëmeron ou la deſcription en vers de l'Ouvrage des ſix jours, qui port ce nom dans la Bibliothéque des Peres ailleurs, parôit etre d'une caractére aſſez médiocre. Néan moins *Gaſp. Barthius* dit que l'Auteur avoit du ſens et de l'erudition, quoi qu'il n'ent point grand talent pous écrire poliment. (*) Et *Melch. Goldaſt. Haiminfeld* prétend, qu'on y trouve en

en différens endroits de certains traits d'elégance, qui rélévent de tems en tems le Lecteur, et ſoutiennent ſa patience.

Le Pere *Philip. Briet* (l. 4 de Poët. Lat. p. 53) après S. Ildefonſe et S. Iſidore dit, que c'eſt S. *Eugene*, le jeune Archêveque de Tolete, qui s'eſt chargé de revoir et de corriger l'Hexaëmeron de Dracontius, qu'il y a mis *la Preface* et les Vers ou *Monoſtiches de la recapitulation du ſeptième jour*, mais que ſon ſtile eſt fort inferieur à celui de Dracontius, et que s'il y a fait quelque changement, il n'aura pas manqué ſans doute de rendre un mauvais office à cet Auteur, en l'alterant et en corrompant ſon ſens.

(*) *In Nota, quam adiecit, in hac editione Bailleti, de la Monnoye, p.* 297, legitur: "Baillet a omis le meilleur „de ce que dit *Barthius p.* 352 *de ſes Adverſaria;* c'eſt „que Dracontius penſe ſi ſubtilement, qu'on a non ſeule„ment beaucoup de peine à l'entendre, mais qu'il y a „lieu de douter s'il s'eſt bien entendu lui-même.„ (*Hoc Barthii iudicium tam iniquum mihi videtur, vt credam, virum hunc celeberrimum data ſaltem opera reprehendere voluiſſe.* I. B. C.)

GVILLELMVS CAVE

In Hiſt. Literar. Scriptor. Eccleſ. ed. nouiſſ. p. 429.

Dracontius, gente (vt volunt; licet de hac re dubitaſſe videtur Cl. *Antonius*,) Hiſpanus, dignitate Preſbyter, claruit circa annum 440 imperante Theodoſio iuniore, ad quem *Elegiam* ſcripſit; et vixit vſque ad annum 450; adeo vt non ſine ratione ſe mirari dicat Phil. Labbeus, virum eruditum, Ger. Ioh. Voſſium, inter poëtas incertae aetatis, eoſque qui poſt tempora Caroli M. floruerint, Dracontium numeraſſe. Poëtica inprimis ſtudia excoluit; duo tantum ingenii illius foetus nobis ſuperſunt, videlicet 1) *Carmen in Hexaëmeron.* Librum iſtum, exſcribentium culpa olim vitiatum, Eu-

ge-

genius ſecundus, Toletanus Epiſcopus, iuſſu Chindaſvindi, Gothorum in Hiſpanis Regis, emendauit, atque ita in pulchritudinis formam coegit teſte Ildefonſo, vt pulchrior de artificio corrigentis, quam de manu proceſſiſſe videatur auctoris: quin et *ſeptimi diei* explicationem ipſe addidit Eugenius. Supereſt 2) *Elegia ad Theodoſium Imperatorem*, a Sirmondo primum edita. - - - - -

Idem GVIL. CAVE
eodem libro, p. 588.

Eugenius, gente Hiſpanus, eccleſiae Toletanae preſbyter. Mortuo Eugenio priore, in Toletanae ſedis Archiepiſcopum deſignatus, Caeſarauguſtum fugit; et ad martyrum ſepulcra ſe conferens, vt vitam monaſticam exigere liceret, poſtulauit. Verum Regis iuſſu Toletum reductus, Epiſcopus ordinatus eſt anno 646. Anno 655 Concilio Toletano IX, anno 656 Toletano X praefuit. Epiſcopatum, duodecim fere annis tenuit: atque anno demum 657 defunctus Ildefonſum ſucceſſorem habuit. *Dracontii libellum in Hexaëmeron* recenſuit, auxit, perpoliuit, et addito *de diei ſeptimi opere* carmine, quod Dracontius imperfectum reliquerat, ſuppleuit. Scripſit etiam *Epigrammata quaedam*, quae cum Carmine ſupra dicto edita ſunt a Sirmondo. (*) Scripſit etiam libellum *de Trinitate*, qui interiit.

(*) NOTA. *In editione Sirmondi, habentur Epigrammata XXXI, a pag. inde 1 vſque ad 20.*

LVD. ELLIES DU PIN
Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiq. T. 4, p. 210.

Draconce, Prêtre Eſpagnol, qui vivoit du temps de Theodoſe le Jeune, a composé un Poëme en vers hexametres ſur les ſix jours de la creation et une Elegie à l'Empereur. Il n'y a rien de remarquable dans cét Ouvrage, il eſt d'un ſtile aſſez barbare. Saint Iſi-

dore et S. Ildephonſe de Tolede parlent de cét Auteur. On trouve le Poëme dans la Bibliotheque des Peres, et le Pere Sirmond l'a fait imprimer avec l'Elegie en 1619 à la fin des Oeuvres d'*Eugene de Tolede*, qui a revû cét Ouvrage, et l'a mis en l'état où il eſt à preſent.

LVD. ELLIES

Libro eodem, T. VI, p. 19.

Eugene aprés avoir vécu dans la ſolitude et dans la pratique de la vie Monaſtique, proche de la ville de Saragoce, fuit forcé d'être Eveſque de Tolede par ordre du Prince. Ildephonſe qui lui a ſuccedé dans cé Siége, nous apprend qu'il avoit écrit un livre de la Trinité, et deux petits livres, dont l'un étoit en vers de differente meſure, et l'autre en proſe; qu'il avoit auſſi revû l'Ouvrage de *Dracontius* ſur la creation du monde; qu'il avoit rendu beaucoup meilleur qu'il n'étoit, et y avoit ajoûté l'Ouvrage du ſeptiéme jour.

Le Pere Sirmond a donné le livre de Poëſies d'Eugene, qui contient pluſieurs piéces ſur differens ſujets. Le ſtile n'en eſt pas extrémement poli; mais les penſées en ſont fort juſtes, et il eſt rempli de ſentimens tout-à-fait Chrétiens. *Le Cardinal Aguirre* promet dans ſa Notice des Conciles d'Eſpagne, une lettre de cét Eugene à Protaſius, et un nouveau livre d'Epigrammes, qui n'ont point encore vû le jour.

POLYCARP. LEYSER

In Hiſtor. Poëtar. et poëmatum medii aeui, p. 57.

Dracontium vixiſſe ſaeculo V, probare videtur inſcriptio libri ſecundi Dracontii, quae eſt ad Theodoſium iuniorem, Auguſtum; ab anno Chriſti 408 vſque ad annum 450 Imperatorem. E contrario Iſidorus, ordine chronologico procedens, inter Auitum Viennenſem Epiſcopum et Victorem Tunnumenſem collocat eum; atque adeo

adeo ad ſaeculi VI initia, aetatem Dracontii referre videtur. Immo floruiſſe eum temporibus Iuſtiniani Imperatoris, ab anno 527 ad annum 565, et Athanagildi Regis Gothorum, perhibet Ioh. Vaſaeus in Chronico Hiſp. A. D. DCLI in Eugenio. Cui contrarius non eſt Melch. Goldaſtus, qui Dracontium Iuſtiniano imperante An. 540 viguiſſe vult. Scripſit Dracontius 1) *Hexaëmeron*, correctum ab Eugenio iuſſu Chindaſvinthi Regis. Luculenter ſcriptum eſſe iudicat Iſidorus. Eruditum atque inſigne opus vocat Geo. Fabricius. Scripſit porro 2) *librum ad Theodoſium iuniorem, Auguſtum, verſu elegiaco.* 3) *Nonnulla Carmina;* niſi forte mentitur inſcriptio. Inedita edere conſtituit Philip. Labbe.

IDEM LEYSERVS
Libro eod. p. 188.

Eugenius, Epiſcopus Toletanus, Eugenii prioris ſucceſſor, claruit temporibus Chindaſvinti et Recceſvinthi Regum, fere duodecim annis tenens dignitatem. Obiit anno 657. Conſcripta ab Eugenio verſibus poëticis ſunt 1) *Praefatio* Dracontii Hexaëmero praefixa: 2) *Monoſticha recapitulationis ſeptimi diei*, in fine libri Dracontii, Hexaëmero adiecta. 3) *Praefatio*, Opuſculis poëticis praemiſſa. - - - - -
[*et alia plura, perbrevia, quae apud Leyſerum in hoc loco, ordine omnia adducuntur.*]

IOH. ALBERTVS FABRICIVS
In Biblioth. Latin. mediae et infim. aetat. T. III. p. 63. ed. Manſi.

Dracontius, Preſbyter Hiſpanus, clarus ſaeculo V, tempore Theodoſii iunioris, quem anno Chriſti 450 conſtat rebus humanis valedixiſſe. Scripſit *Carmen de fabrica mundi*, ſiue *Hexaëmeron*; eique ſubiunctum *Carmen elegiacum verſuum 198 ad Theodoſium*

 iunio-

iuniorem, Auguſtum. In eo ſatisfactio continetur, quia ab omnipotente Deo veniam petit, ne praecedenti Carmine aliquid incautus erraſſet. Dein Theodoſio precem defert, cur de triumphis illius eodem opere tacuiſſet. Hexaëmeron prodiit primum Pariſiis - - - - -

[*Iam recenſentur editiones Dracontii variae, deinceps ſeorſum a me adducendae.* I. B. C.]

BIBLIOTHECIS SS. PATRVM LIBRI DRACONTII ET EVGENII INSERTI SVNT HIS:

1. Bibliothecae Pariſienſi *Margarini de la Bigne.* Editioni ſecundae, Pariſ. 1589, Tomo VIII.
2. Bibliothecae Patrum alii cuidam Pariſienſi, editae 1654, Tomo VIII.
3. Bibliothecae Patrum Colonienſi, editae 1618, Tomo VI, Part. I.
4. Iac. Sirmondi Operibus variis, Pariſiis 1696. et Venetiis, 1728, Tomo II.
5. Bibliothecae SS. Patrum maximae Lugdunenſi, Tomo IX. Pag. 724 et pag. 729. (*)

(*) *Editio Dracontii mea, quae nunc prodit, potiſſimum ſequitur (non quidem ſemper,) lectionem Editorum Bibliothecae huius Lugdunenſis.* I. B. C.

6. Ioach. Zehneri Paraphraſibus et Meditationibus diuorum Patrum et Doctorum Eccleſiae, Lipſiae 1602. 8. (**)

(**) *Conf. Th. Ittig de Biblioth. et Catenis Patr. p. 725. vbi hic liber (quem ego quidem non vidi,) vocatur Bibliotheca Patrum Lipſienſis. Ittigius ait, etiam Dracontium ineſſe.*

EDI-

EDITIONES VARIAE
DRACONTII ET EVGENII

1. Hexaëmeron. Prodiit ex Bibliotheca S. Victoris, Pariſiis, 1560. 8. vna cum Claudii Marii Victoris ſeu Victorini Commentario in Geneſin.

2. Hexaëmeron. In Collectione Poëtarum Chriſtianorum, opera *Georgii Fabricii*, Baſileae, 1562. 4.

3. Hexaëmeron, et Carmina Eugenii. Cum notis *Michaëlis Ruizii de Azagra*, ſiue Aſſagrii Celtiberi. (*)

(*) *Qui mentionem fecerunt huius Editionis, eam plerique non viderunt, et adduxerunt neque locum impreſſionis, neque annum. - Dicitur illa a Leyſero, Hiſt. Poët. p. 59, in Hiſpania prodiiſſe. Caſp. Barth. Aduerſar. 55, 11. et Andr. Chriſti. Eſchenbach de poëtis Chriſtianis ſacr. et profan. Graecis et Latinis (p. 105 Diſſertt. Acad.) neſciuerunt ſingularia illius. Dubitarunt multi, vtrum vnquam prodiiſſet? Sed ſalva res eſt. Ipſe enim Mich. Ruizius in Notis ad Corippi poëma de laudib. Iuſtini Aug. Antuu. 1581. 8. claris verbis ita ſcripſit ad verſum 10: "Ceterum in noſtra exemplari, quod, vt alibi ad opus „Dracontii poëtae, de fabrica mundi, et ad Carmina ſimul „diui Eugenii, Epiſcopi Toletani, diffuſe praefati ſumus.„ - - - Agit etiam de hac Editione, e Codice Gothico excuſa, Nic. Antonius, in Bibliotheca Hiſpana Vet. T. I, p. 192. §. 70. et p. 282. §. 257. - - - (Editio haec Dracontii rariſſima, digna foret, quae data opera deſcriberetur ab amatore rei librariae. I. B. C.)*

4. Hexaëmeron, cum *Ioh. Weitzii* Indice, Gloſſario, et Notis, Francof. 1610. 8.

5. B. Eugenii, Epiſc. Tolet. Opuſcula, quibus inſerti ſunt Dracontii libelli duo, ab Eugenio eodem recogniti. Adiecta ſunt aliorum aliquot veterum ſcriptorum varia. Cura *Iacobi Sirmondi*, Pariſ. 1619.

1619. 8. Inſunt etiam Tomo II. Operum Sirmondi.

6. Dracontii Hiſpani libellorum Biga, quorum prior de opere ſex dierum, alter vero poſtfatio quaſi quaedam eſt - - - - - Poſt Eugenium Toletanum (cuius ſimul Poëmata quaedam et Epigrammata (*) reperies,) item poſt Fabricium, Weitzium, Sirmondum, - - alios, nouis Notis illuſtrauit *Andreas Riuinus.* Lipſiae, 1651. 8.

(*) *Eugenii Epigrammata, et Poëmata, à Riuino ex Sirmondi editione adiecta, omiſſa ſunt in Editione hac mea; quia nolui tam Eugenii, quam ſaltim Dracontii Opuſcula dare.* I.B.C.

DRA-

DRACONTII
HEXAËMERON
ET
ELEGIA AD THEODOSIVM
IVN. IMPERATOREM

EVGENII EPISTOLA AD CHINDASVINTVM REGEM.

Inclito, glorioſo rerum Domino, CHINDASVINTO, a)
Principi ſummo, et maximo Regum,
EVGENIVS,
Veſtrorum fidelium b) *ſeruulus,*

Clementiae Veſtrae iuſſis, Sereniſſime Princeps, plus volendo c) inſeruiens quam valendo, *Dracontii* cuiuſ-

a) *Chindaſvinthus*, *Chindiſvint*, aut veluti refert Fredegarius, *Chintaſind;* — Gothorum in Hiſpania rex fuit. Qui, poſt *Tulgam* patrem ſuum, ob inſcitiam regendi ac morbum factione ſuppreſſum, imperium nactus, laudem deinceps magnam obtinuit. Anno quinto regiminis praefuit Concilio ſeptimo Toletano: ſeditioſos interemit ciues: *Gregorium* Africae praefectum, *Imperatori Conſtanti* obniſum, vicit: ſtabilitoque a ſe imperio, digne et cum auctoritate rexit. Prouecta aetate, filium *Receſvinthum* vicarium in regno ſubſtituit. Indicium fauoris erga literatos dedit vel eo, quod Dedicationem *Eugenii*, qui Dracontii libellos, emendauerat neſcio an corruperat? propitius ſuſcepit. Plura de rebus huius Principis leguntur apud Fredegarium Scholaſt. in Chron. c. 82, et Rodericum Tolet. de reb. Hiſp. 2, 20.

cuiuſdam libellos, multis videns erroribus inuolutos, Chriſto Domino tribuênte valorem, d) pro tenuitate mei ſenſuli e) ſubcorrexi: hoc videlicet moderamine cuſtodito, f) quo ſuperflua demèrem, ſemiplena ſupplerem, fracta conſtabilirem, g) et crebro repetita mutarem. Verſiculi ſane quos huic operi detrahendos eſſe putaui, et ſenſu tepidi, et verbis illepidi, et vlla ratione ſubnixi non probantur: nec in eis aliquid reperitur, quo lectoris animus animetur, aut mulceatur doctus, aut doceatur indoctus. Et quoniam *de die ſeptimo* praefatus Auctor omnino reticuit; ſemum h) mihi opuſculum vide-

b) *fidelium*) id eſt, Vaſallorum, qui fidem obſtrinxerunt Domino, et ſeruant eam. Rodericus Tolet. 2, 20: *Chindaſvinthi et Receſvinthi tempore, Hiſpania ab omni perturbatione conquieuit, adeo vt nullus in ea* infidelis *reperiretur, vel qui arma ſumeret rebellandi.* Nominatur *infidelis*, qui felónia (vt dicunt,) noxius eſt.

c) *plus volendo, quam valendo*) Typorum errore habet Sirmondus in Operibus *voluendo, quam valendo.* Ludit Eugenius cum verbis *velle* et *valere.* Paullo poſt iterum: *Si non, vt volui, veluti valui conſummaui.* — Pro *inſeruiens* alii legunt *deſeruiens.*

d) *tribuente valorem*) id eſt, quicquid enim *valui*, non tam mihi quam Chriſto eſt *tribuendum.* Reſpicitur ad ſtatim dictum *quam valendo.*

e) *ſenſuli*) Forte apud vnum Eugenium ea occurrit vox. Quinctilianus Inſt. Orat. 8, 5 habet *ſenſiculus.* Diminutiua amat Noſter. In hoc ſolo Epiſtolio leguntur adhuc *ſerrulus, codiculus.* Praefatione ſequenti: *ſordidulus, paruulus.*

f) *hoc moderamine cuſtodito*) hac modeſtia ſeruata.

g) *fracta conſtabilirem*) perturbata emendarem, incerta firmarem. Monui in Praefatione, melius iudicari poſſe de induſtria Eugenii, ſi etiam Dracontius ſupereſſet ante emendationem paſſam.

h) *ſemum*) imperfectum, mancum. Vox occurrit quoque hoc ſenſu apud alios. Gloſſar. Lat. Graec. *ſemum*, ἡμίσεον. Ald.

videbatur, ſi non inde aliquid in hoc codiculo haberetur. Idcirco in fine libelli, quamuis pedeſtri ſermone, *ſex dierum recapitulationem* ſingulis Verſiculis quos olim condidi, denotaui; *de die* vero *ſeptimo*, quae viſa ſunt dicenda, ſubnexui; decretumque diuale, i) ac ſi non vt volui, veluti valui conſummaui. Implorans Veſtri ſolii praelargiſſimam pietatem, k) vt vile ſeruuli fidelis oblatum, Veſtra ſibi gloria efficere dignetur l) acceptum, fiatque mihi miſero repenſio m) fructuoſa laboris, placida reſpectûs Veſtri contributio amoris n) vel fauoris.

Add. Barth. Aduerſ. 55, 11. et Du Freſne Gloſſ. v. *ſemns*, qui tamen Eugenii locum hunc non habet.

i) *decretumque diuale*) *diale*, *diuinum*. Intelligit iuſſum Chindaſvinthi Auguſti. Occurrit vocabulum apud plures ſcriptores aeneae aetatis, Spartianum in Caracal. 11, Symmachum, Corippum; in Inſtitutt. et Cod. Iuſtiniani.

k) *Veſtri ſolii praelargiſſimam pietatem*) Meliores dixiſſent: *Tuam*, *Rex magne*, *beneuolentiam et liberalitatem*.

l) *dignari*, *Oblatum veſtra ſibi gloria acceptum efficere*) Haec loquutio βαρβαρίζει non magis atque prior.

m) *repenſio*) Idem quod *penſatio*, *remuneratio*. Apud Petrum Diac. Chron. Caſſin. 4, 44. legitur *rependium*.

n) *contributio amoris et fauoris*.) In Editt. Sirmondi et Lugd. legitur *contribu* . . . . *vel fauoris*. Riuinus ſuppleuit quod deerat.

EVGE-

EVGENII
PRAEFATIO.

Principis inſignem faciem viſure libelle,
Cuius ad imperium meruiſti ſorde carere,
Et capere nitidam longo poſt tempore pallam:
Coeperis vt limen aulae regalis adire,
Atque auro rutilo radiantem cernere ſedem,
Incipe quamprimum largas perſoluere grates,
Errorum quod nube carens correctus haberis.
Dein, proſtratus humi, veniam depoſce precatu,
Latoriſque tui ſollers patronus adeſto,
Ignoſcat placidus, ignoſcat mente benignus,
Quod te ſordidulum dum conor rite lauare,
Aſperius impreſſa manus tenuando poliuit.

At

2 *Cuius ad imperium*) quo iubente.

3 *capere*) Vltima ſyllaba fit longa ob caeſuram. — *nitidam pallam*) hoc loco *puriorem veſtitum.* Putat ſtilum meliorem ac magis perſpicuum.

7 quod ab erroribus, in libro Hexaëmeron quondam obuiis, emendatus es.

9 *Latoris tui*) Qui ſubmiſſe offert et tradit te Regi. — *ſollers patronus*) diligens interceſſor ae deprecator.

12 *Aſperius impreſſa*) Senſus eſt: Quod manu et ope mea, quae durius ſcripta fuerant, correcta ſunt.

At ſi de plebe quiſquam liuore peruſtus
Dixerit, et quis eſt, veterum qui carmina mutet?
Scribat qui leuibus epigrammata vana libellis?
Nouerit hoc ipſe, quod nuſquam culpa putatur,
Quam non velle videt, ſed maior iuſſio cogit.
Denique iuſſa bona dum promulgantur agenda,
Qui complet, ſapiens; qui vult contemnere, demens.
Quodſi *Virgilius*, et vatum ſummus *Homerus*,
Cenſuram meruere nouam poſt fata ſubire,
Quam dat *Ariſtarchus*, *Tucca*, *Varuſ*que, *Probuſ*que;
Cur dedignetur, quod iuſſus Principe magno
Paruula praeparvi *Draconti* carmina libri,
Paruulus *Eugenius* nugarum mole piaui?

13 *liuore peruſtus*) inuidus, Zoilus. Si liuor obtrectare curam voluerit.

14 *mutet*) Melius in Coniunctiuo, quam vulgo *mutat*.

15 *epigrammata vana*) H. l. verſiculos leues.

17 *Quam non velle videt*) quam non ipſe vult ſuo arbitratu.

18 *promulgantur*) annunciantur. Verſu 2: *ad imperium Principis*.

22 *Ariſtarchus*, notum eſt, obelo pupugit *Homeri* loca, ſibi diſplicentia. *Plautius Tucca*, Auguſti amicus, cum Varrone et Plotio emendauit *Virgilii* Aeneiden. Idem ſtudium narratur *Vari* ac *Probi*, ſed fide dubia. De *Publ. Quinct. Varo*, poëta Cremonenſi, adi Franciſc. Ariſi in Cremon. Liter. ſub *Varus*. De *M. Val. Probo* Berytio refert Sueton. in Ill. Gramm. 24, quod *multa curauit exemplaria emendare, ac diſtinguere, et annotare*. Virgilium tamen non affert.

24 *praeparvi*) admodum parvi, humilis, miſelli.

25 *nugarum mole piaui*) In Lugd. *nugatum mole piaui*, errore typographi. Senſus eſt: errores multos correxi. Nonius Marcell. *piare*, *expiare*, *pureſacere*. — *Paruulus Eugenius*) Eugenius ſcripſit etiam Verſiculos quoſdam, ex Codice aliquo MSCto Ruizii Azagrii, ab Ambroſio datos, quorum mentionem fecit Nic. Antonius in Bibl. Hiſpan. Vet.

T. I,

EVGENII
PRAEFATIO.

Principis inſignem faciem viſure libelle,
Cuius ad imperium meruiſti ſorde carere,
Et capere nitidam longo poſt tempore pallam:
Coeperis vt limen aulae regalis adire,
Atque auro rutilo radiantem cernere ſedem,
Incipe quamprimum largas perſoluere grates,
Errorum quod nube carens correctus haberis.
Dein, proſtratus humi, veniam depoſce precatu,
Latoriſque tui ſollers patronus adeſto,
Ignoſcat placidus, ignoſcat mente benignus,
Quod te ſordidulum dum conor rite lauare,
Aſperius impreſſa manus tenuando poliuit.

At

2 *Cuius ad imperium*) quo iubente.

3 *capere*) Vltima ſyllaba fit longa ob caeſuram. — *nitidam pallam*) hoc loco *puriorem veſtitum.* Putat ſtilum meliorem ac magis perſpicuum.

7 quod ab erroribus, in libro Hexaëmeron quondam obuiis, emendatus es.

9 *Latoris tui*) Qui ſubmiſſe offert et tradit te Regi. — *ſollers patronus*) diligens interceſſor ac deprecator.

12 *Aſperius impreſſa*) Senſus eſt: Quod *manu* et *ope* mea, quae durius ſcripta fuerant, correcta ſunt.

At ſi de plebe quiſquam liuore peruſtus
Dixerit, et quis eſt, veterum qui carmina mutet?
Scribat qui leuibus epigrammata vana libellis?
Nouerit hoc ipſe, quod nuſquam culpa putatur,
Quam non velle videt, ſed maior iuſſio cogit.
Denique iuſſa bona dum promulgantur agenda,
Qui complet, ſapiens; qui vult contemnere, demens.
Quodſi *Virgilius*, et vatum ſummus *Homerus*,
Cenſuram meruere nouam poſt fata ſubire,
Quam dat *Ariſtarchus, Tucca, Varuſ*que, *Probuſ*que;
Cur dedignetur, quod iuſſus Principe magno
Paruula praeparvi *Draconti* carmina libri,
Paruulus *Eugenius* nugarum mole piaui?

13 *liuore peruſtus*) inuidus, Zoilus. Si liuor obtrectare curam voluerit.

14 *mutet*) Melius in Coniunctiuo, quam vulgo *mutat*.

15 *epigrammata vana*) H. l. verſiculos leues.

17 *Quam non velle videt*) quam non ipſe vult ſuo arbitratu.

18 *promulgantur*) annunciantur. Verſu 2: *ad imperium Principis*.

22 *Ariſtarchus*, notum eſt, obelo pupugit *Homeri* loca, ſibi diſplicentia. *Plautius Tucca*, Auguſti amicus, cum Varrone et Plotio emendauit *Virgilii* Aeneiden. Idem ſtudium narratur *Vari* ac *Probi*, ſed fide dubia. De *Publ. Quinct. Varo*, poëta Cremonenſi, adi Franciſc. Ariſi in Cremon. Liter. ſub *Varus*. De *M. Val. Probo* Berytio refert Sueton. in Ill. Gramm. 24, quod *multa curauit exemplaria emendare, ac diſtinguere, et annotare*. Virgilium tamen non affert.

24 *praeparvi*) admodum parvi, humilis, miſelli.

25 *nugarum mole piaui*) In Lugd. *nugatum mole piaui*, errore typographi. Senſus eſt: errores multos correxi. Nonius Marcell. *piare, expiare, purefacere*. — *Paruulus Eugenius*) Eugenius ſcripſit etiam Verſiculos quoſdam, ex Codice aliquo MSCto Ruizii Azagrii, ab Ambroſio datos, quorum mentionem fecit Nic. Antonius in Bibl. Hiſpan. Vet.

T. I,

DRACONTII
PRESBYTERI HISPANI
HEXAËMERON
SIVE
DE OPERE SEX DIERVM
LIBER VNVS

115 M. 4. Inter.

Prima dies lux eſt terris, mors vna tenebris:
Lux datur ante polum, lux clarae cauſſa diei;
Lux iubar aetherium, lux noctis limes et vmbrae;
Lux facies rebus cunctis, et lux elementis;
Lux genitis factiſque calor; lux, gratia ſolis,
Lux decus aſtrorum, lux aurea cornua lunae,
Lux fulgor caeli, lux et primordia mundi.
Lux ſplendor flammae, lux magni temporis index.
Lux honor agricolis, requies lux omnibus aegris.
Lux opus auctoris primum, candorque pudoris
Lux aeui: mediis dat lux quoque tempora metis.
Qua bene conſtructa, mundi primordia lucent.

Cla-

1 *mors vna tenebris*) Tenebrae ac nox dicuntur *mori*, *componi*, *ſepeliri*, ſi, tenebris diſcuſſis, dies oritur et omnia colluſtrat. Dicitur *vna* mors oriri. Nam *vnus* fuerat naturae vultus in orbe, antequam eſſet lux. Riuino diſplicet verſus hic, is emendat: *Prima dies lux eſt*, *tetris mors vna tenebris.* Mortem *vnam* poni ait, pro *prima*, et eſſe ὀξύμωρον Dracontii.

2 *clarae cauſſa diei*) In Lugdun. legitur *clari*. Sed retinui femininum ob verſum antecedentem.

3 *limes*) Typorum errore in Sirmondi Opp. *times*.

4 *lux elementis*) Si tamen elementa ſunt ſimplicia, quis Argus vel in luce perſpiciet ea?

PARAPHRASIS
ΕΞΑΗΜΕΡΟΥ

Prima die luceſcit vbique, caligo interiit. Lux oritur antequam caelum eſſet; incipit dies clara et fulgor in aëre; opaca nox finita eſt, et conſpiciuntur elementa. Lux praebet calorem creaturis; oſtendit decus ſolis, ſtellarum, lunae, caeli; ac mundi initium eſt lux. Ea coruſcat vt flamma, et indicat aeuum diuturnum. Agricolas laudat lux, et ſolatur aegrotos cunctos. Primum Dei opus. In ea pallent verecundi; et limites ponuntur temporibus. Qua orta, mundanae res inceperunt.

Illu-

5 *calor*) Num legendum *color?* Dies enim diſtinguit *colores*. Si etiam Sol nondum eſt, *calor* quoque nullus erit.

8 *magni temporis index*) Lux facit, vt amplos temporum ſucceſſus et conſequentias obſeruemus.

9. 10 In Lugdunenſi verſus decimus praeponitur nono.

11 Hic verſus in mendo iacet, aut eum non intelligo ſatis. Nec minus capio Sirmondi emendationem: *Lux aeui meta, lux quae dat tempora metis.* Barthius et Riuinus tentarunt alia, quae non moror. Dracontius autem, vel Eugenius, cumulat omnia quoad *lucem*, quae forte fortuna in mentem venerunt in his vndecim verſibus.

Clarus vbique Deus, nunquam mutabilis, auctor,
Quem non obſcurant quacunque ex parte tenebrae,
Nec celantur ei quaecunque obſcura geruntur.
Principium factis lucem dat lucis origo;
Quae mundo vita praemiſſa eſt principe luce;
Quae totum praeceſſit opus quod continet orbis;
Quae ſolis praeuenit iter, lunamque coruſcam;
Cuius iuſſit ope clareſcere cuncta creata.
Altera quippe *dies* caeli conuexa meretur,
Ac ſupra caelos ingentia flumina dantur,
Ac dominantur aquae glomeratis fontibus almae
Ignibus aetheriis, caeleſti ſede locatis.
Vnda beata nimis, meruit quae tecta polorum
Celſa Dei, fabri iuſſu ſuſpenſa Tonantis!
Limitibus contenta ſuis elementa morantur,
Nec flammas reſtinguit aqua, glaciemque teporat
Flammeus ignis aquae; ſeruant ſub lege tenorem
Incor-

13 *Clarus vbique Deus*) In Editt. legitur *clarius*, ſc. lumen. Sed hexameter non conſtat; niſi aliqua craſi Diſſyllabum eſt *clarjus*, veluti *cuique* diſſyllabum, aut *arjete* Dactylus pro *ariete*. Senſus eſt is: Deus ob naturam ſimplicem et puriſſimam comparatur cum *luce*; quae quamuis vſibus noſtris quotidie inſeruit, comprehendi tamen non poteſt.

16 Auctoriſne mens eſt: Origo lucis, rebus lucem dat?

17 *Quae mundo vita*) Sirmondus: *Qua mundo vita.*

19 *lunamque coruſcam*) Lugdun. *lumenque coruſcum.* Omiſi in Interpretatione epitheton. Quod feci etiam ſaepius deinceps.

20 *ope*) Dracontius vocales breues *a* et *e* producit in Caeſura. Exempla collegit Riuinus ad h. l.

21 *quippe*) Verterem *porro.* Niſi ſit expletiua. — *caeli conuexa*) caeli peripheriam. Gloſſar. *περιφερής*, *conuexus*, *deuexus*. Philoxenus: *περιφέρεια*, *circulus*, *conuexitas.* — *meretur*) accipit. Vt ſtatim verſu 25 *meruit*. i. e. impetrauit. Vide ad verſum 128.

Illuſtrior longe, immutabilis Deus vbique eſt, effector lucis, quem nunquam vlla caligo obtenebrat, nec eum latent in tenebris peracta. Is, lucis initium, cauſſa, ac vita eſt, quae fuit prius quam omnia in mundo: ante ſolis et lunae extitit curſum. Eius potenti iuſſu producta in lucem ſunt vniuerſa.

Dies ſecunda accipit Caelum. Supra quod immenſas aquas congerunt fontes caeleſtes, et ignibus crebris micat aether. Aquas felices valde, nactas loca alta in quibus Deus eſt, et quae ſuſtinet! Elementa durant continue, nec aqua exſtinguit ignem, nec ignis glaciem liquefacit: continua-

22 *ſupra caelos flumina dantur*) Legitur de aquis ſuperioribus Gen. 1, 7. Pſ. 104, 3. 148, 4. Apud Statium Theb. 1, 206 amnes vocantur etiam *cognati nubibus*. Aquae autem inferiores ſunt quaſi *ex familia caeleſtium aquarum*. Plautus in Trinumm. 4, 2, 98 ſub folio Iouis in caelo, ait, fluuium oriri.

23 Sirmond. et Lugd. in ſingulari: *Ac dominatur aqua glomeratis fontibus alma.*" *Alma* eſt inclita, caeleſtis.

24 *Ignibus aetheriis,*) Edit. Lugd. ſuſtulit Comma.

26 Sic habent Editt. priſcae, quas ſequutus ſum. Barth. Aduerſ. 23, 19 vult *fabre* ſcribi, i. e. artificioſe. Lugd. legit: *Celſa fauore Dei, iuſſu* —

28 *glaciemque teporat Flammeus ignis aquae;*) Ignis diffluere non facit glaciatam aquam. *Teporare* verbum eſt Plinio et Dracontio in vſu, *tepefacere*, χλιαίνειν. Apud Plinium occurrit H. N. 36, 27. — Weitzius interpungit: *glaciemque teporat flammeus ignis. Aquae ſeruant* — Sed interpunctio retinenda eſt, quae in Textu.

29 *ſeruant ſub lege tenorem Incorr.* ſ.) Elementa continuant eſſe eadem, qualia conſtituit diuina lex.

Incorrupta ferunt, non impugnata viciſſim,
Non diſcreta quidem, ſed nec permixta morantur.

Tertia caeruleum ponti lux edidit Aequor.
Fluctibus immenſis pelagi freta glauca liqueſcunt,
Et mare nauigerum quatitur ſpumantibus vndis,
Ipſa dies Terram meruit de fluctibus auctam:
Eruitur terra iniuſte demerſa profundo,
Et ſolidante globo grauior per inane pependit.
Suſtentant ſolidam fluidis radicibus vndae,
Quam molles portant, ceu fundamenta, liquores.
Arida materies rapitur de corde fluenti.
Nondum mater humus: cuius pars ſoluit arenam;
In glebas pars membra ligat; pars, ſaxea turget,
Cautibus extat apex montis; pars, flumina iungit;
Planitie pars tenſa iacet; pars litora curuat;
Pars datur in tumulos; pars aſpera rupibus horret;
Pars riget inculta; reſidet pars valle profunda;

Et

30 *non impugnata viciſſim*) non pugnant inter ſe.

31 *nec permixta morantur*) Idem eſt quod verſu 27.

32 *caeruleum ponti aequor*) *Maria* vocantur *caerula*. Verſ. 122 *caerula vaſta*, id eſt *glauca*. *Aequor*, proprie ſuperficies maris, ſaepe ipſum eſt *mare*.

33 *liqueſcunt*) profluunt.

34 *nauigerum*) Epitheton hoc omiſi in Paraphraſi.

36 Sirmond. et Lugd. habent *vaſto demerſa profundo*. Sed melior lectio videtur *iniuſte demerſa*. *Iniuſtum* eſt hic *iniquum*, *indignum*. Meliorem terra ſortem meruerat, quam in profundo mari demerſam eſſe. Riuinus coniiciebat: *Eluitur terra infuſo demerſa profundo*.

37 *ſolidante globo*) pro *ſolidato globo*, firmato, roborato. In Aratoris Hiſt. Apoſt. legitur de alia re, *ſolidare in liquidis aquis*, l. 1. p. 588 ed. Geo. Fabric. Piſides autem Hexaëm. vſ. 485 affert huc pertinentia. Ὦ γῆς ὑποστήριγμα τορνεύων ὕδωρ. *O qui rotundaſti vndas fundamen terrae!*

nuabunt etiam eſſe diuina lege id, quod ſunt: non aduerſantur ſibi mutuo, et, non quidem ſeparantur, ſed nec permiſcentur.

Tertia dies produxit Mare caeſium. Ingentes vndae confluunt in Oceanum, et aquae impelluntur cominus ſpumoſo impetu. Eadem die prodiit Terra, et quae indigne latuerat in fluctibus profundis, erupit, ſolidata ad formam globi, et in vacuo ſuſpenſa. Fluidum aquae, ſuſtinet, quaſi fundamentum, ſolidam terram; aridum a fluido abripitur. Nondum fert fructum terra, ſed quaedam terra, arenoſa, quaedam gleboſa, quaedam ſaxoſa eſt, veluti montis cacumina ſaxoſa ſunt. Pars iungitur amnibus: pars in planitie extenditur: alia flectitur iuxta litora, aut in colles eleuatur, aut horrida ſaxis eſt. Pars riget ſqualida: quae-

38 *fluidis radicibus*) fluitante fundamento.

40 *de corde fluenti*) *Cor fluenti*, aut *cor fluuii*, pro *fluento*, *fluuio*. Vt *viſcera terrae*, pro *terra*. *Cor*, nobilior pars corporis humani, pro *homine* ponitur. Senſus eſt: Terra ſeparatur ab Aquis.

41 *Nondum mater humus*) Γῆ μήτηρ πάντων. Plin. 2, 63: *Terra, cui vni rerum naturae partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternae venerationis.* Idem Plin. l. 33. Prooem. *parens ſacra.* Ouid. 15 Metam. 91 ſq. *in tantis opibus, quas optima matrum, Terra creat.*

42 *pars, ſaxea turget*) Ita Sirmondus, quem ſequitur plerumque, tantum non ſemper, Lugdun. Non placet *tangit*. Verſu 47 *colles tumidi*, i. e. *turgidi*.

43 *Cautibus extat apex montis*) Sic melius ponitur quam inuerſe *montis apex*. Riuinus: *Cautibus extat montis apex.* — *pars, flumina tangit*) Lugd. *mergit*. Idem eſt ac *tangit*.

45 *pars aſpera rupibus horret*) Alia loca praerupta, terrarum, montium, horrorem incutiunt.

46 *reſidet pars valle profunda*) Ambroſius Epiſt. 12 habet nouam vocem, *valleſtris*.

Et colles tumidi cumulis iuga celſa ſupinant,
Atque humiles campos ſpaciis aequalibus aptant;
Pars data dulcifluis vndantis fontibus agri.
Promitur herba virens, it ſurculus omnis in auras,
Et, ſemper veſtita comis, frondeſcit oliua:
Omnia poma virens profert, non parturit, arbor:
Linguae laurus honos ſoluit donanda poëtis.
Torta per obliquos it vitis in orbe corymbos.
Verberat et palmae calamos, fluitante flagello:
Vinea pampineos ſubarundinat ebria campos,
Munera laetitiae ſpondens pendentibus uvis:
Fructibus et variis redolent florentia rura.
Vna parens tellus non vnum fundit odorem:

Sed

47 *colles tumidi cumulis ſupinant iuga et rel.*) Gloſſarium Weitzii v. *ſupinat*, refert haec ad Deum, qui id faciat. Sed Dracontii mens eſt: In alia terrae parte, colles accliues, iuga ſupina permulta, ſunt; *accumulantur*; et aequant ſenſim ſe humilibus campis.

49 *dulcifluis fontibus vndantis agri*) Fontibus, qui redundant aquis dulcibus. *Dulcifluus* eſt vox Dracontii, qui etiam verſu 333 et 489 habet *vndifluus*. *Vndare* eſt vndas agere, protrudere, et quaſi euomere. Vide Weitz. p. 61 et 108.

50 In Lugdun. legitur ita: *it*, non *et*. Verſu 54: *Per obliquos it vitis corymbos.*

51 *ſemper veſtita comis, frondeſcit*) perpetuo viret. Tales arbores, praeter *oleam*, ſunt laurus, palma, myrtus. *Comae* dicuntur apud poëtas *folia arborum*, et ornatus quicunque viridis. *Silua comata* eſt foliis virens.

52 *profert, non parturit*) Arbores dicuntur omnino metaphorice *parturire!* aeque vt plantae, fruges, et alii terrae fructus. *Gramen pariens* legitur apud Calpurn. Eclog. 2, 32. Quia tamen Noſter noluit adhibere verbum; ego ſcripſi in Paraphraſi *quaſi parturit*. Dracontius autem non conſtat ſibi. Nam verſu 456 habet: *quod ramis parturit arbor.*

At ſi de plebe quiſquam liuore peruſtus
Dixerit, et quis eſt, veterum qui carmina mutet?
Scribat qui leuibus epigrammata vana libellis?
Nouerit hoc ipſe, quod nuſquam culpa putatur,
Quam non velle videt, ſed maior iuſſio cogit.
Denique iuſſa bona dum promulgantur agenda,
Qui complet, ſapiens; qui vult contemnere, demens.
Quodſi *Virgilius*, et vatum ſummus *Homerus*,
Cenſuram meruere nouam poſt fata ſubire,
Quam dat *Ariſtarchus, Tucca, Varuſ*que, *Probuſ*que;
Cur dedignetur, quod iuſſus Principe magno
Paruula praeparvi *Draconti* carmina libri,
Paruulus *Eugenius* nugarum mole piaui?

13 *liuore peruſtus*) inuidus, Zoilus. Si liuor obtrectare curam voluerit.

14 *mutet*) Melius in Coniunctiuo, quam vulgo *mutat*.

15 *epigrammata vana*) H. l. verſiculos leues.

17 *Quam non velle videt*) quam non ipſe vult ſuo arbitratu.

18 *promulgantur*) annunciantur. Verſu 2: *ad imperium Principis.*

22 *Ariſtarchus*, notum eſt, obelo pupugit *Homeri* loca, ſibi diſplicentia. *Plautius Tucca*, Auguſti amicus, cum Varrone et Plotio emendauit *Virgilii* Aeneiden. Idem ſtudium narratur *Vari* ac *Probi*, ſed fide dubia. De *Publ. Quinct. Varo*, poëta Cremonenſi, adi Franciſc. Ariſi in Cremon. Liter. ſub *Varus*. De *M. Val. Probo* Berytio refert Sueton. in Ill. Gramm. 24, quod *multa curauit exemplaria emendare, ac diſtinguere, et annotare.* Virgilium tamen non affert.

24 *praeparvi*) admodum parvi, humilis, miſelli.

25 *nugarum mole piaui*) In Lugd. *nugatum mole piaui*, errore typographi. Senſus eſt: errores multos correxi. Nonius Marcell. *piare, expiare, purefacere.* — *Paruulus Eugenius*) Eugenius ſcripſit etiam Verſiculos quoſdam, ex Codice aliquo MSCto Ruizii Azagrii, ab Ambroſio datos, quorum mentionem fecit Nic. Antonius in Bibl. Hiſpan. Vet.

T. I,

Sed quot ſunt herbae, tot permiſcentur odores.
India tunc primum generans pigmenta per herbas
Eduxit ſub ſole nouo, rudibuſque racemis.

Eſt locus interea diffundens quattuor amnes,
Floribus ambroſiis gemmato ceſpite pictus,
Plenus odoriferis, nunquam marcentibus, herbis.
Hortus in orbe Dei cunctis felicior hortis.
Fructus ineſt anni, quum tempora neſciat anni.
Illic floret humus ſemper ſub vere perenni,
Arboreis hinc inde comis veſtitur amoenis.
Frondibus intortis ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendent ex arbore poma,
Et paſſim per prata iacent. Non ſolis anhelis
Flammatur radiis; quatitur nec flatibus vllis,
Nec coniuratis furit illic turbo procellis;
Non glacies diſtricta domat; non grandinis ictus
Verberat; aut gelidis caneſcunt prata pruinis.
Sunt ibi ſed placiti fructus, quos mollior aura
Edi-

61 *India*) India *orientalis*. Ibi quaeſitum eſſe a Dracontio Paradiſum, multis paradoxon videtur. Enim vero, de Paradiſo incipit demum loqui Verſu ſequenti 63.

62 *ſub Sole nouo*) ſub diluculo mundi nouo. — *rudibus racemis*) quum vineta nondum culta eſſent. *Racemi*, pampini, ponuntur pro uvis, quin pro integris *vinetis*.

63 *interea*) Aduerbium hoc poſtulat Hexameter pro *praeterea*. Plenus eſt *inſuper* hortus ille in mundo vnicus, Paradiſus. Riuinus legit *in terra*. — *diffundens*) pro *fundens* fluuios quatuor, quorum nomina occurrunt Geneſ. 2, 10.

64 *gemmato ceſpite pictus*) nitente gramine variegatus. Nonnulli, teſte Riuino, volunt: *gemmato vertice pictus*. Eum adi in Notis ad Peruigil. Vener. p. 65 ed. Hag. Com.

67 *Fructus ineſt anni*) Recte Edit. Lugd., et melius quam illud elumbe aliarum, *Fructus in annos eſt*. Vidit hoc etiam Riuinus in Notis, ſed in Textu ſeruauit.

ſed quot ſunt herbae, tot odores ſunt. India produxit primum ex herbis et uvis pigmenta, quum ſol non diu creatus eſſet.

Eſt etiam hortus, ex quo fluuii quatuor procedunt: is floribus amoenis ac multicoloribus pingit prata, refertus herbis ſemper fragrantibus. Omnibus hortis in mundo florentior; cui inſunt fructus annui, quamuis ignoret tempus annuum. Ibi terra vere continuato ridet, et arbores gratae virent foliis. Frondes vmbroſae tanquam murus condenſantur; et ex arboribus cunctis pendent fructus, aut vbique in agris iacent. Locus non ardet aeſtu: non turbines et tempeſtates ibi furunt: non perfrigeſcit: non grandinat: neque vrit glacies ac pruina. Sed amoeni fructus amoeno aëre naſcun-

70 *Frondibus intortis - - ſtringitur,*) Propter verbum *ſtringitur* conſtringitur, coarctatur; magis conuenit *intortis*, quam *intextis* in Weitziana.

71 Pro *ex arbore poma*, Lugd. *ex arbore fructus*. Sed retinui *poma*. Eſt enim nomen omnium fructuum *pomum*, ex arboribus eſui aptorum, vel *nucum* adeo.

72 *Non ſolis anhelis flammatur radiis;*) Legendum eſt ſic cum Sirmondo et Lugd. Weitzius: *Non fructus anhelis flam. rad. Flammare*, pro inflammare, calefieri. Sequitur ſtatim: *nec flatibus vllis*) nec ventis ferocibus. Alii: *nec fluctibus vllis.* quod tamen parum cõnuenit.

75 *non grandinis ictus*) Reliqui editores habent *iſtu*.

76 *caneſcunt*) Non *caleſcunt*, vel *calueſcunt*. Sed ad hiemem transfertur ſenectus, quae *canis* conſpergitur. Weitzius affert, praeter alia loca, Horatium, Carm. 4. 4: *Nec prata canis albicant pruinis;* dignus qui legatur p. 50.

77 *placiti fructus*) Omnino *placiti*, vt in Sirmondo et Lugd. Non, *placidi*, vt in aliis Editt. *Placitum* eſt gratum, et, praeter alia, de fructibus et herbis dicitur. *Placidum* eſt quietum, placatum; inprimisque de ventis ac mari adhibetur.

Edidit exſurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus mouet ille comas de flamine molli
Frondibus impulſis, immobilis vmbra vagatur;
Fluctuat omne nemus, et nutant pendula poma.
Ver ibi perpetuum communes temperat auras,
Ne laedat flores, et vt omnia poma coquantur.
Non apibus labor eſt ceris formare cicutas;
Nectaris aetherei ſudant ex arbore mella;
Et pendent foliis, iam pocula blanda futura,
Pendet et optatae viuax medicina ſalutis.
Cetera depingit variis natura figuris.
Auroram iam *quarta dies* praemiſerat vndis,
Et rutilante polo compreſſerat aſtra rubore;
Mox ſolis radiare globum iubet igne ſalutis.
Flamma ſalutaris perfundit lumine mundum,
Cuncta ſalutifero rident elementa vapore.

Cuius

tur. Vtrumque confundi ſaepe, docet Drakenb. ad Sil. I, II.

78 *Edidit exſurgens*) Libri alii non recte: *Addidit exſ.* ſequente Commate. — *nitidis de fontibus horti*) ad nitentes fontes horti. Ouid. 3. Metam. 407 *Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.*

80 *immobilis vmbra vagatur*) Vmbra ſemper comitans corpora; propter auram qua arbores mouentur, mouetur et ipſa, *quaſi tremula.* Scriptores mediae aetatis dicunt *tremulat.*

81 *Fluctuat omne nemus*) Sic Lugdunenſis. Reliquae Editt. habent *Fluctuat hic omnis omne*: eodem quidem ſenſu; et conferantur Weitz. ac Riuinus in Notis. *Onera nemoris* ſunt fructus, quibus, tanquam *ponderibus*, grauatur nemus.

83 *poma coquantur*) vt ſolis calore ad maturitatem veniant. Apud Varron. de R. R. 3, 14 *Sol coquit fructus.* Gloſſar. vetus: Πεπαίνεσθαι· *excoquere, matureſcere.*

84 *ceris formare cicutas*) *Cicutae* cauernae fauorum ſunt, cannis aut fiſtulis ſimiles; in quibus apes mel ſtipant. Virgil. Aen. 1, 437 vocat *cellas.* *Et dulci diſtendunt nectare cellas.*

naſcuntur ibi, apud nitentes fluuios, Aura lenis mollluſcule mouet folia, titubante vmbra inſeparabili: nutant omnia poma in toto luco. Ver conſtans ſeruat ibi temperiem modicam, ne floribus noceatur, et vt fructus matureſcant. Apes non cum moleſtia laborant cannas cereas, ſed dulcia et diuina mella ex arboribus ſtillant: ac inde potio ſalutaris paratur, medicamentum ſalubre. Plura alia ibi natura dat pluribus modis.

Die quarta iam aquis exierat aurora, et rubeum caelum occultauerat ſtellas, quum Deus iuberet ſaluberrimum Solem ſplendere. Hic ignis ſanitatem dat mundo, et elementa omnia propter eius

las. Poëtae, pro *cannis* et *fiſtulis* ponunt *cicutas*, vt Lucretius 5, 1385. et iterum Virgil. Ecl. 2, 36.

86 *pocula blanda*) potio *optima.* Tanquam *anni blandi* apud Propertium, tempus *optimum.*

87 *optatae vinax medicina ſalutis*) deſideratam valetudinem ac vitam ſeruans.

89 In Editt. habetur ita: *Aurorae iam quarta dies permanſerat vndis.* Sed non dubitaui Lugdunenſem praeferre lectionem. Riuinus vult nouam periodum incipere cum Verſu 88, et connectit Verſum hunc cum 89 ita: *Cetera depingit variis natura figuris, aurorae quum quarta dies emerſerat vndis.* Cruſius malebat *promerſerat.*

91 *igne ſalutis*) Melius quidem, *igne ſalubri.* Sed quia ſtatim additur *flamma ſalutaris*, et mox: *vapore ſalutifero*, igitur nihil mutandum eſt. Tria ſynonyma haec ponuntur pro calore Solis, qui creaturis dat vigorem ac vitam. Patres eccleſiae quosdam, Solem eſſe *ignem* docentes, adducit liber rarus Anonymi, *Sol flamma*, Pariſ. 1646. 8.

93 *rident elementa vapore*) vel *tepore*. Hilaria ſunt propter calorem temperatum.

Cuius ab igne ſuo lunam iubet ire ſecundam,
Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
Et tepidam proferre diem comitante quiete.
Candida ſomniferis perluſtrat cornibus axem,
Quae numero eſt maiore breuis, et plena minore.
Flammeus ornatus caeli per ſidera fulſit.
Officia et ſtellis, numeros, et nomina iuſſit:
Tempora diſtribuit, loca contulit, ignibus egit,
Limitibus fixit, iubare induit, axe rotauit,
Curſibus aptauit, caeli regionibus addit.
Agminis innumeri nec flammea ſidera caelum

Deſti-

94 *Cuius ab igne ſuo*) Cruſius vult: *Phoebus ab igne ſuo.* — *lunam ſecundam*) Philoſophi ſi Diis caeleſtibus aſſignant numeros, Lunae dant *dualitatem*, quae luminare ſecundum ſit. Bungi Myſter. Numer. p. 345.

95 *corrumpere*) rumpere, deſtruere. Floridus aliquis apud Iuſt. Lipſium in Elect. 1, 5. p. 366: *Sol noctis rumpit tenebras.*

96 *tepidam diem*) Eſt *calida dies*; immo *Sol flagrans.* Non legendum cum Lugd. *trepidam*, Sol, *tepidus* vocatur apud Virgil. Georg. 1, 398., i. e. *flagrans.* — *comitante quiete*) ſequente nocte. Senſus poſtulat hanc lectionem Edit. Lugd. Nam illa, *minitante quiete*, ferri quidem poteſt, et eſt infrequentior, itaque fortaſſe non ſpernenda. Riuinus reiicit *comitante*, et vult *inuitante.*

97 *ſomniferis cornibus*) Luna candida, figuram cornutam habens, noctu ſomnum fert. Retinui *ſomniferis.* Nam *ſomnigeris* apud Sirmond. et Lugd. dici quidem poteſt ob analogiam. *Floriger* ac *florifer* aeque vtrumque dicitur: cur non etiam *ſomniger?* exemplum tamen neſcio.

98 Non ſtatim plana ſunt haec; nec Editores, praeter Riuinum, adduxerunt quicquam ad veri ſpeciem. Coniiciebat, quem coram conſului, Cel. Beireis, Collega meus humaniſſimus, in hunc modum: Sub *numero* intelligi *numerum dierum*, aut, ſi quis mallet, *noctium*, in quibus ordine naturae vſitato curſus lunaris agitur in menſe. Luna (ait Dracontius ab Eugenio emendatus,) ſi a nouo inde ortu ſuo, lucet *numero* dierum *minore*, phaſis eius eſt *maior*

et

eius calorem gaudent. Iuſſit etiam Deus luminare ſecundum, Lunam, eſſe; quae lucem a Sole habet. Ea imminuit tenebras, donec dies ſequatur noctem. Candida luna, tempore ſomni, pererrat caelum: quae ſi luxit tempore breuiori, maior eſt, ſi tempore longiori, minor. Aſtrorum etiam ignes ornate fulgent. His Deus miniſteria, menſuram, nomina dedit: conſtituit tempora: loca aſſignauit: ſtimulis propellit: terminos fixit: ſplendere fecit: et rotam axe vertit: flexit curſum: ac diſtribuit in plagas caeli. Haec innumera turba per-

et *plena;* ſi lucet *numero* dierum *maiore*, illius phaſis eſt breuis, corniculata, non plena. Poëta, acutulus eſſe vult hoc luſu vocabulorum. — Corrigam hac occaſione errorem Pſeudo Iuliani in Chronico, No. 320. Is confundit Eugenios duos; antiquum aliquem priorem; et hunc noſtrum, Dracontii emendatorem Vocat Noſtrum, Aſtrologum magnum, *qui numeros, ſtatum, incrementa, decrementa, curſus recurſusque Lunarum* (cur autem Lunarum?) *tanta peritia nouerit, vt auditores in ſtuporem verterit.* Niſi prior ille Eugenius eminuit Aſtronomiae peritiâ; hunc Noſtrum illum, Dracontii correctorem, in hac diuina ſcientia vnde patet excelluiſſe? Certe, ex hoc loco, euinci illud non poteſt.

100 *numeros*) magnitudinem, menſuram. — *et nomina iuſſit*) indidit. Craſius in Probabil. p. 273 emendauit: *et nomina iuſto Tempore diſtribuit.*

101 *ignibus egit*) igniculos quaſi ſubdit. Agitat, ſeruat, gubernat ordinem aſtrorum.

102 *Limitibus fixit*) ſitum eorum conſtituit: ſplendorem dedit: currum eorum in gyrum flectit. — *iubare*) Non, *iubar*, quia reliqua verba Ablatiuum adiunctum habent.

103 *Curſibus aptauit*) De curſu Solis, Lunae, Siderum vid. Burman. ad Rutil. Itiner. 511. Sedulius Carm. 1, 50: *Qui ſtellas numeras, quarum tu nomina ſolus, Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora noſti.* Simile quid de diſpoſitione Dei quoad genus humanum, habetur Actor. 17, 25. — Eodem Dracontii verſu legitur *addit*, pro *addidit*.

Deſtituunt quaecunque die; ſed luce premuntur
Luminis immenſi radiato vertice Phoebi.
Nec mirum, ſi clara latent ſub ſole coruſco
Sidera; quum Mundum monſtret menſura Minorem,
Qui fouet igne pio caelum, mare, ſidera, terras;
Conceptum virtute Dei; quem ſphaera polorum
Suſtinet, et ſentit Dominum per cuncta tonantem:
Cuius ab imperio veniunt quaecunque miniſtrat.
Omnia iuſſus agit, totum ſub lege laborat.
Miles et ipſe Dei, quum lunam et ſidera cuncta
Oſtentat, ſub vere nouo, ſub tempore primo,
Sub tirone die, veterana in ſaecla paratus.

Addit *quinta dies* animalia cuncta profundi.
In corpus ſolidantur aquae, neruique ligantur.
Muſculus humor erat, fluctus dureſcit in oſſa,

Atque

106 *radiato vertice Phoebi*) ἀκτινοφόρῳ, i. e. *propter radios ſolares.* Ante *radiato* deleatur Comma.

107 *ſub Sole coruſco*) *Sub* abundat; ni idem ſit quod *propter*. *Propter* Solem maxime fulgentem.

108 *quum Mundum monſtret natura Minorem*) Nam menſurae incapax eſt *immenſus mundus*, Sol; ſed menſurabilis eſt *mundus minor*, μικρόκοσμος. Per eum intelligitur a Veteribus *homo*. Priſci, inuerſis nominibus *Hominem* dicebant *paruum mundum*; *Mundum* autem, *magnum hominem*. Vid. Philo quis rer. diu. her. p. 502 C. Macrobius etiam in ſomnium Scipion. 2, 12: *Phyſici*, *Mundum*, *magnum hominem*; *et Hominem*, *breuem mundum eſſe dixerunt.* Alii deducebant a quatuor literis nominis ΑΔΑΜ, quod Homo eſſet *Microcoſmos*, nam indicabant quatuor plagas mundi, Ἀνατολὴν Δύσιν Ἄρκτον Μεσημβρίαν. Vid. Honorius Auguſtod. de imag. mundi, 1, 86.

109 *qui fouet igne pio*) qui conſiderat *affectu pio* mundum hunc, caelum, lunam, ſtellas, cet. Dracontius reſpicit ad Pſalmum 8, vſ. 4 et 5.

110 *Conceptum*) quod *mente concipitur* et repraeſentatur.

perſiſtit etiam in caelo ſi dies eſt, ſed propter immenſi Solis ſplendorem non conſpicitur. Nec mirum, ſi ſtellae ſplendidae non conſpiciuntur propter ſplendorem immenſi Solis! pro eo conſpicitur dimenſus Homo, mundus minor, qui conſiderat pie caelum, mare, ſidera, terras, potentiâ Dei creatas, quem hominem alit ſphaera poli, et qui ſentit omnipotentiam Domini, ad cuius iuſſum eueniunt omnia. Mundus enim ſubeſt iuſſui et legibus a Deo datis, quaſi miles Dei, qui propter lunam et ſidera ſuperbit; à Vere inde nouo ac prima aetate ſua, vt tiro; expeditus in perpetuum, vt veteranus.

Quinta die creantur Animalia marina omnia. Aliquid aquae conſtipatur in corpus, et neruis nectitur. Muſculus v. c., erat aqua; induratur in oſſa

112 *miniſtrat*) gubernat. Edit. Weitziana in Plurali, *miniſtrant;* et interpungit *quaecunque miniſtrant Omnia: Iuſſus agit totum, ſub lege laborat.* Sed aegre haec intelliguntur. Sirmondus, quem ſequitur Lugd., faciliorem dedit lectionem, in Textu poſitam.

113 *totum ſub lege laborat*) Totus mundus ſubeſt iuſſui diuino: occupatus eo, vt faciat leges Dei, veluti miles iuſſum Imperatoris.

116 *ſub tirone die, veterana in ſaecla*) Allegoria a re militari. A primo inde die Creationis, vſque ad mundi finem.

117 Weitzius interpungit ita: *animalia cuncta,* addito Commate. Poſt verba, *profundi in corpus ſolidantur aquae,* interpungitur de nouo.

119 *Muſculus*) piſciculus eſt albus, longus, ſed pro longitudine longius habens caput. Hunc, referunt, cetaceo generi ducem a natura datum, vt iter monſtret, ne in vada et ſyrtes impingat tanta moles. Vid. Cardanus l. 7 de rer. variet. p. 435. Hereſbach. de piſcin. in Conring. Excerpt. ad Dubrau. p. 146. *Muſculus* nominatur etiam *Illus* (*iulis*) vt habet Franc. Maſſarius in Annotatt. ad Plinii librum 9 in

Atque oculi geminantur aquis humore gelato.
Et quot ſunt fluctus, tot forſan in aequore piſces
Incedunt fluido per caerula vaſta natatu;
Et criſpante freto perflabant naribus vndas,
Terrigenis factura cibos per cuncta creandis.

Exſilit inde volans gens plumea laeta per auras,
Aëra concutiens pennis crepitante volatu;
Ac varias fundit blando modulamine voces,
Et puto collaudant Dominum meruiſſe creari.
Hae niueo candore nitent: has purpura veſtit:
His croceus plumae color eſt: has aureus ornat:
Albentes aliis pennae ſolidantur ocellis:
Atque hyacinthus adeſt per colla et pectora fulgens:
Eminet his criſtatus apex: has lingua decorat:
Has virides pennae reddunt: has diſcolor ornat
Mul-

9 in fine, p. 367. quo Maſſario vix quiſquam egit doctius de natura aquatilium.

120 *geminantur*) Retinui verbum hoc pro *gemmantur*, quod defendit tamen Riuinus. Poſt *aquis* deleatur Comma. — *humore gelato*) Philoxenus: *κρυῦται*, *πήγνυται*, *gelaſcit*. Aqua condenſatur intra ſe.

122 *Incedunt*) Lugd. *luſerunt*. Non ineleganter. *Incedere natatu fluido* eſt innatare, *ἐπιπολάζειν*.

123 *perflabant*) Sic Lugdunenſis. Et lectio placeret, ſi poſſet ſcribi in Praeſenti *perflant*, propter antecedens *incedunt*. Weitzius habet *perlabant*. Legendumne fortaſſe *promanant*?

124 *factura cibos*) Animalia quae eſui ſunt. *Cibos facere* pro cibis inſeruire. — *per cuncta*) ſaecula. Sirmond. et Lugd. *poſt cuncta*.

125 *Exſilire*) dicuntur aues, quae in auras ſubuolant. Leguntur autem hic Aues ex aquis creatae, veluti multi putarunt Doctores eccleſiae. Noſter etiam adhuc clarius infra verſu 151, *Vnda creat volucres*.

oſſa aqua; eaque indureſcente oculi duo formantur. Et quot ſunt fluctus, tot forte piſces innatant aquis immenſis, et per nares exſpuunt aquas; piſceſque cibi erunt hominibus perpetuo naſcituris.

Poſt haec, Aues plumigerae ſubuolant hilares in aëre, volando ſtrident, et canunt varie dulci modulo. Laudant, credo, Deum, quod dignatus eſt eas creaſſe. Aliae plumis candidis ornatae ſunt: purpureis aliae: hae flauidis luteiſque. Aliae gemmas pennarum albas habent: collum ac pectus hyacinthinum. Aliae criſtas gerunt in culmine: has ornant cantus amoeni: hae virides pen-

126 *crepitante volatu*) Alas volatu auium *crepitare* Poëtae dicunt, quum plerarumque volatus non audiantur.

127 Hic verſus deeſt apud Sirmondum et in Lugdunenſi. A librario omiſſus eſt, quia repetitur verſu 133, *hos lingua decorat*.

128 *meruiſſe creari*) Verbum *mereri* vſum habet in ſcriptis Patrum intelligendis. Non indicat *dignum eſſe*; ſed *conſequi*, aut *dignari* paſſiue, *dignatum eſſe*. Aues meruere creari; non quaſi meritum earum obligaſſet Deum, ſed quod Deus dignum ſtatuit ſua bonitate, ſi etiam eas crearet. Ita explicuit hunc locum vir quondam ſummus, Ioh. Matth. Geſnerus in Theſ. L. L. v. *mereo*.

130 *aureus color*) flauidus, rutilus.

131 Cruſius in Probabil. legit: *Albentes aliae pennas ſtellantur ocellis*, vt reſpiciatur ad pauonum ſtellatam caudam.

133 *criſtatus apex*) Aues nominantur apud Apuleium 2 Metam. p. 37 Pric. *criſtata cohors*. Eodem verſu in verbis *has lingua decorat*, ſyllaba media producitur, iuxta illud, *hunc homines decorant*, *quem veſtimenta decorant*.

Multa per innumeras currens pictura volucres,
Et leuibus tenuem ſubtexunt aëra plumis.

Ipſa dies folium ramis, et floribus herbas
Euomit, et ſpicis acuit ſeges omnis ariſtas.
Silua comis veſtita viret, nidoſque loquaces
Exhibet, et varias decantat garrula voces.
Quum vacuanda volat commotis plauſibus ales,
Frondibus inſidens, vento cum fronde mouetur,
Vnguibus ad ramos infixa tenacibus haerens.
Pennigerum vernare nemus vapor vrget in vſus
Pignoris, et molli dureſcunt oua tepore,
Pennantur tunc membra globis, animataque anhelant,
Rumpuntur, confracta ſonant, nutrita volatus
Tentant, et rudibus librantur in aëra pennis.
Sed quum diſcordent inter ſe elementa coacta,
Foetibus eductis concordant vnda vel ignis.
Vnda creat volucres, producit flamma volucres.

Pabu-

135 *currens*) Abundat. Senſus eſt: *propagata ad innumeras.*

136 *Et leuibus*) Editiones aliae: *Et rudibus.* Occurrit quidem iterum verſu 148: *et rudibus librantur in aëra pennis.* Sed ibi *rudis* eſt imperita adhuc volando. Hoc autem Verſu 136 indicatur auis ponduſculo leuis, par leuibus ventis. Quare melius legitur hic *leuibus* cum Lugdunenſi.

138 *Euomit*) effundit, vbertim promit.

139 *Silua comis veſtita*). Folia ac frondes arborum dicuntur *comae, iuba;* veluti rami *brachia.* — *Nidoſque loquaces*) Metonymice, foetus auium fritinnientium.

141 *vacuanda volat*) Weitzius interpretatur *volans vacuum, per inane.* Sed *vacuare* non ſignificat *in vacuo eſſe*, ſed *efficere aliquid vacuum.* Lugdun. legit *vagabunda;* quod non improbaretur, ſi ſecunda ſyllaba corriperetur. — Ibidem: *commotis plauſibus*) i. e. concuſſis et comploſis alis. Non male Crufius coniicit: *quam vaga peruolitat commotis plauſibus ales.*

pennis ſunt; innumerae aliae, innumeris coloribus pictae, leues per leuem aërem inuolant.

Eadem die, folia in ramis, olera, gramina erumpunt; ſpicae et ariſtae matureſcunt. Siluae frondentes tenent loquaculos nidos; et aues, frondibus inſidentes, vento mouentur cum frondibus; plaudunt alis, et modulantur, haerentes vnguibus ramo infixis. Conducit autem auibus ſiluae calor, et ſaluti eſt pullis. Nam oua indurantur calore leni: pulli pennis induuntur et vitam ſpirant: franguntur ova cum ſonitu: paullo nutriti, ſed rudes adhuc volatu, conantur inuolare, et in aëre ſe librare. Elementa autem quum inter ſe iuncta non ſoleant conuenire, conueniunt tamen in foetibus producendis aqua et calor. Aqua enim ſimul, et calor, producit aues.

Pa-

142 *vento cum fronde mouetur*) *a vento.* Plumae auium *a vento* mouentur, vna cum frondibus.

144 *vernare nemus in vſus pignoris*) Peruigil. Vener. verſu 4: *Vere nubunt alites.*

146 *pennantur tunc membra globis,*) Riuinus interpungit: *Pennantur tunc membra, globis animataque a.* Vſus eſt verbo *pennari* etiam Prudentius, pro *pennis veſtiri*, *penneſcere*, Vid. Weitz. h. v. Oua autem etſi non ſunt plane rotunda et *globis* ſimilia, poſſunt tamen a potiori ſic comparari. — *animataque anhelant*) Lugdun. legit *animantur, anhelant*, quod Dracontio videtur accommodatius.

147 *nutrita volatus tentant*) enutrita breue tempus a matribus, volare tentant.

150 *Foetibus*) Sic recte Edit. Lugd. Non *faecibus*, vt apud Weitzium. Quid enim eſt *faeces elementorum educere?*

151 *volucres*) In vno Verſu vocis eiuſdem ſyllaba ſecunda iam corripitur, iam producitur: vt ad Vſ. 133 adduxi ſimile. Noſter Ouidium imitatur: *Eſt primo ſimilis volucri; mox vera volucris.*

Pabula montis erant; ſed non qui paſceret herbas
Affuit; intactae ſenuiſſent floribus herbae,
Ni paſcenda daret tellus iumenta per agros.
Sexta dies Phoebi rutilo proceſſerat ortu,
Quum natura parit gignitque animantia terris.
Cornibus erumpunt armata fronte iuuenci;
Et per prata vagus ſequitur ſua bucula taurus;
Ceruus in arua fugax palmatis cornibus errat;
Et velox prorumpit equus, pecus vtile bellis.
Impia terribiles producit terra leones.
Simplicitas ouium, fraudem paſſura laborum;
Et raucos timuit diſcurrens dama moloſſos.
Spumat aper, mortem limato dente minatur,
Ac latus obliquans meditatur praelia toruus,
Et maxilla ferox duros deſaeuit in armos,
Audacter certans ſpumantia bella mouere.
Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum,

Inter

152 *qui paſceret herbas*) qui paſceret animalia, et agros coleret.

153 *intactae ſenuiſſent*) incultae aruiſſent. Weitz. p. 93 in *ſenectus*.

156 *parit gignitque animantia*) Lugdun. *naturà parens gignit anim.* Ibi tamen in *gignit* caeſura ſyllabam vltimam producit.

158 *vagus ſequitur ſua bucula taurus*) Sic legit editor Lugdun. pro *ſuas buculas*. Veluti per ſimilem metaplaſmum habent Graeci τὰ κέλευθα, pro αἱ κέλευθοι. Alii libri Dracontii legunt *ſua vincula*, ſenſu hoc: Taurus fune auulſus aufugit, et poſt ſe trahit funem. Sirmondus: *Et per prata vagos ſequitur ſua bucula tauros*. Quod vero inuerſum eſt ſententiae Auctoris.

159 *palmatis cornibus*) Weitzius nimis etymologice; *Cornibus, quibus cerui ornati ſunt, vt victores palma*. Ex vſu linguae,

Paſcua item erant quidem in montibus, nemo tamen qui coleret. Sed incultae fruges exaruiſſent, niſi prodiiſſent animalia, in campis pabulanda. At ſole *Die ſexta* orto, quum natura terris Animalia daret, prodeunt iuuenci; tauri per campos diſperſi, iuuencos ſequuntur, timidi cerui cornibus ſpecioſis errabundi; celeripedes equi bellatores; leones furibundi in Libya; oues ſimplices, defraudari mercede ſolitae; imbelles damae, rauos quae canes horrent; ſpumigeri apri, dentibus in trunco limatis minaces mortem; hi latere obliquum verſi ſpirant pugnas; ac furibunde dimicant inter ſe. Omne pecorum et beſtiarum prodit genus.

guae, *palmatus*, *palmaris*, eſt *inſignis*, *ſpecioſus*. Cerui cornibus ſpectabiles. Dracontius iterum verſu 522 *Amittunt cornua cerui, — ſed mox palmata recurrunt.*

160 *pecus utile bellis*) His verbis Statius etiam laudat equum 7 Theb. 66.

162 *ſimplicitas ouium*) Oues ſimplices. — *fraudes paſſura laborum*) Sirmondus: *fraud. paſſ. luporum.* Sed eum non ſequitur Edit. Lugdun. Ouis, vt habet Phaedrus, eſt *patiens iniuriae.* Cruſius emendauit *fraudem paſſura latronum*, et intelligit *lupos*, vt Phaedrus eodem loco: *Tum fauce improba latro iurgii cauſſam intulit.*

164 *mortem limato dente minatur*) *Limare dentes* habet Plinius H. N. 18, 1. Apud Homerum θήγειν ὀδόντας. Silueſtres ſues ante pugnam dentem acuunt trunco, *velluti lima.* Edit. Sirmondi et Lugdun. *mortes limato dente minatur*; quae lectio imitatur Statium et Claudianum. Vid. Weitz. p. 74.

165 *latus obliquans*) Hoc flexu vtuntur apri ruentes in hoſtem. Homer. Odyſſ. τ, 450: ὀδόντι λικριφὶς ἀΐξας.

166 *maxilla ferox*) Legi poterat *vorax.* — *in armos*) in membra ſua, in ſe ipſos.

167 *ſpumantia bella*) Rurſus Weitz. in Gloſſar. v. *ſpumat.*

Inter prata vagum, nullo cuſtode per herbas.
Inſtar montis habens incedit bellua mole.
Promitur anguis hians, quatiens ſub dente venenum,
Et maculoſa repit ſquamis per viſcera ſerpens,
Atra venena nocens miſſura afflatibus oris,
Et ſubito ſparſura graues per ſibila mortes;
Atque eadem morbis impertitura medelas.
Sed, ne cuncta ſimul paſſim permixta fuiſſent,
Diſtribuit loca certa Deus, et tempora fixit.
Tempore non vno veniunt quae ſaeua vocantur.
Non ſemper mouet arma leo; nec ſcorpius ictum
Semper habet; nec ſemper agit fera vipera morſus;
Nec ſemper tollunt ad vulnera colla ceraſtae.
Non ſemper furit vnda maris; non ſemper adurit
Solis vbique calor, pro tempore temperat ignes:
Pro regione plagae contemperat vnda vaporem,
Et modo bellantes fluctus freta pigra iacebunt.
Ipſe polus, qui grande tonat, ſine nube ſerenus
Iam tacet, et puro redeunt ſua lumina caelo.

Multa

169 *nullo cuſtode*) Apud Poëtas *cuſtos* non raro *canis* eſt, quod conuenit huic loco.

170 *bellua*) pro *elephanto*. Alia exemplaria: *beſtia*.

172 *repit ſquamis*) Sic Lugdun. Nam lectio *rapit ſquamas* non conuenit. — *maculoſa per viſcera*) Viſcera pro *aluo*. Angues aluo maculis variato humi ſerpunt.

173 *miſſura afflatibus oris*) Sirmond. et Lugd. *miſſura a flatibus oris*. Simile quid occurrit in Apuleii Apol. p. 9: *viperae ritu, niueo inſpirare denticulo venenum atrum*. Ibi Pricaeus p. 218 locum Dracontii hunc adduxit.

174 *ſparſura mortes*) concitatura.

175 Lege Weitzium p. 127 et Riuin. ad h. l. Vterque locum ſiſtit huc ex Ioh. Sariſberienſ. Policr. 7, 10. p. 442: *Ipſa vene-*

genus, in campis ſine cane vagans. Incedit elephas cum gibbo montis inſtar. Prodeunt ſerpentes ſibili, virus habentes ſub denticulis, ſquamoſi, et maculoſo repentes aluo, nociui ob venena eiecta: hi, ſibilando interimunt; iidemque vt antidotum medentur.

Ne autem omnia vbique mixta ſint, loca et tempora Deus conſtituit. Non enim v. c. omni tempore accidunt infeſta. vt leo; is non furit ſemper: ſcorpio, non laedit continuato ictu: vipera crudelis, non mordet ſemper? ceraſtes, non perpetuo tollit caput et vulnerat. Non omni tempore ſaeuit mare. Sol non ardet vndique, interdum moderatur aeſtum. Prouti zonae ſunt, mare vaporem mitigat; et quod antea tumultuabatur, mox tranquillum ac ſegne iacet. Caelum ipſum, iam terribile tonans, ſilet poſt nubila, et ſit lucidum,

Varia

venena inferuntur medicamentis, quibus non modo natura ſuſtentatur humana, ſed etiam infirmitas conualeſcit. — *Ex vipera paſtilli ſiunt, qui* Θηριακοὶ *vocantur.*

176 In aliis Editt. *Sed ne mixta ſimul paſſim per cuncta fuiſſent.* In Lugdun. clarius, quam nos ſequimur.

178 *quae ſaeua vocantur*) quae efferata aut immitia *ſunt.*

179 *mouet arma*) In perniciem aliorum armatus eſt, vnguibus, dente, cornu, cet. — *ictum habet*) Plin. 11, 25. *in ictu eſt.* — *morſus agit*) Vt dicitur *verbere agit: ſpumas, ſcintillas agit.*

185 *bellantes fluctus*) Fortaſſe in Genitiuo *bellantis fluctus*, aeſtuantis gurgitis. — *freta pigra iacebunt*) *Iacere* dicitur quoque de mari tranquillo. *Iacet ſine fluctibus aequor.* Chriſti. Cruſius malebat: *Vt moti bellent fluctus, freta pigra tacebunt.*

Multa locis data ſunt variis, diſperſa per orbem.
Arida vipereos angues ſuſcepit arena;
Humida ſortitur tellus fera colla leonum;
India cum gemmis, et eburnea monſtra minatur,
Bellua diuinos inter generatur odores,
Ambroſiaſque rapit male frangens beſtia menſas.
Incertuſque color tigris per mille colores
Montibus Hircanis venit, atque effoeta marito
Mittitur, vt vincat currens orbata procellas.
Cornibus erectis ſortita eſt Africa damas.
Concaua ſuſcipiunt per montes ſaxa dracones,
Cetera diſtribuit diuerſis ſemina terris,
Plurima coniunxit, ſed ceſpite multa diremit.

Munera praeterea funduntur diuitis auri.
Protulit eximias illuſtrior India gemmas,

Pro-

189 *arida arena*) Intelligitur Africae pars Aegyptum verſus, Mareotis; vbi magnus numerus Libiſſae arenae laſerpiciferis iacet Cyrenis. — *vipereos angues*) Vide Paraphraſin: quis enim dicet *anguineos angues?*

190 *Humida tellus*) Getulia, ad fluuium qui Nigris vel Niger vocatur; nec eſt alius quam Nilus. Ad hunc tractum, vix habitabilem, ob ſolitudinem et puluerem, congregant ſe leones, elephanti, et plures ferae. Id Plinius teſtatur H. N. 5, 1. et 8, 10 init. *Africa huc maxime ſpectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus ſe feris.* Conf. Iobi Ludolph. Hiſt. Aeth. 1, 8. 72 ſq. Non opus eſt cum Riuino legere, pro *arida* et *humida*, *Africa* et *Numida tellus*. In voce *Numida* etiam prima ſyllaba breuis eſt. Mea interpretatio ſenſum huius loci, ni fallor, verum dat.

191 *eburnea monſtra*) elephantos dentibus eburneis.

192 *diuinos inter odores*) Et ſtatim: *ambroſias inter menſas.* Quaſi epulis Deorum ſuaueolentibus ſimiles. Naſcitur elephas in India, a Silio Italico dicta *odorata*.

Varia in mundo loca, varia acceperunt. In Africa, parte arenoſa, habitant viperae et angues: parte humida, truces leones ſe congregant. India promittit gemmas, et minatur elephantos dente eburneo. Haec beſtia inter odores naſcitur fragrantes, et delicatas dapes indigne ingurgitat. Tigris, innumeras propter maculas colore incerto, curſitat in montibus Hircanis; quae, quamuis a marito eneruata, foetu tamen ſuo orbata, tam velociter perſequitur raptorem, vt praeuertat ventorum pernicitatem. Africa accepit damas cornutas. Dracones in ſpeluncis et rupibus latent. Alia genera ferarum aliis locis Deus diſpeſcuit: multa conſociauit: alia in diſſitis terris ſeparauit.

Inſuper auri diuites venae extant. Nobilis India gemmas dat pretioſas: Erythreum mare, mar-

193 *rapit*) Melius quam Edit. Lugd. *ſapit.* — *male frangens menſas*) Elephas deglutit herbas aromaticas, et ambroſios cibos, tanta quidem copia, vt, ſi communi ſermone vterer, quaſi menſae, ferculis grauatae, confringi ſub onere ſuo debeant. Sirmondus legit *meſſes* pro *menſas.* Sed Lugdunenſis, recte, iam non ſequitur eum.

194 *incertusque color tigris per mille colores*) Tam variis coloribus tigris eſt, vt, quo nomine vno exprimatur illius color, neſciatur. Dicendum: *tigrinus color.*

195 *montibus Hircanis*) Non, *arcanis.* — *effoeta marito*) eneruata et exhauſta a tigride mare.

196 *mittitur*) tam velociter currit et ruit.

197 *cornibus erectis*) erectis, ſed antrorſum incuruatis.

198 *per montes*) Sic Lugdunenſ. Id eſt, *in* montibus. Alii libri; *per montem.* Riuinus intelligit ſaxa Garamantum.

199 *ſemina*) genera.

200 *ceſpite diremit*) *Ceſpes* ſaepe eſt tractus integer, regio ampla. Vt apud Auienum Perieg. vſ. 227 *ceſpite Paphlagonum*, i. e. in *tractu* circa Paphlagonas.

Producunt niueos et litora rubra lapillos.
Flammantes virideſque tulit Babylonia cruſtas.
Perſida nobilitant pretioſis litora gemmis,
Frigidus et roſeo carbunculus ardet honore.
Seres fila trahunt nullo ſub pectine ducta.
Et nimis ambroſia plorant virgulta per agros
Balſama, Caeſareos lacrimae dant munus odores.
Cinnamon interior profert Phoenicia tellus,
Solis amica nimis: nam nunc de ſole peruſta
Haec nardi flores, haec portio fundit amomum.

Omni-

203 *niueos lapillos*) Vniones et margaritas eſſe, Bruckhuſ. docuit ad Tibull. 1, 9. 39.

204 *flammantes virideſque cruſtas*) Iſidorus Origin. 19, 13: *Cruſtae ſunt tabulae marmoris. Vnde et marmorati parietes cruſtati dicuntur. Flammans marmor*, quod figuras flammarum habet. *Viride*, (*marbre verd*,) quale inprimis Laconicum et Caryſtium erat celebre; et, vt diſcimus hic, Orientale *Babylonium*, minus quidem hoc celebre, ſed quia *viride*, eo etiam ipſo acceptum, et in pretio.

206 *Frigidus et roſeo* —) Acutule quidem, ſenſu hoc: Carbunculus: ἀνθρακῖτις, λυχνὶς, *frigida*, vt frigent lapides; ac *rubens* et *ardens* gemma eſt; rubens, vt *roſa*; ardens, quoad *honorem*, pulchritudinem, pretium. Plinius, 21, 4 laudat in roſa ardentem colorem.

207 *Seres fila trahunt*) Populi Scythiae Aſiaticae, *Seres*, lanificio ſiluarum nobiles; ait Plinius, 6, 17. Hi, ex corticibus arborum trahunt fila, et tam artificioſe *depectunt*, (*pecten* eſt inſtrumentum, quo textores fila ducunt,) vt inde ſericum faciant et veſtes bombycinas. Solinus c. 50. refert, Seres inundare frondes et depectere lanuginem arborum. Adde Salmaſium ad h. l. p. 694. — *nullo ſub pectine ducta*) nullo, vt ſolent Europaei. Omnes quas vidi, et ſupra adduxi p. 21 editiones Dracontii, legunt *nullo ſub pollice ducta*. Sed loca Plinii et Solini hic adducta, clare poſtulant legi *pectine*. Quare ego vocem in Textu immutaui.

margaritas: Babylonia, marmor flammans et viride. Perſiam celebrant et ipſae gemmae, nec non carbunculi frigidi ac pulchre rubentes. Seres lanam texunt ſine machina textoria. Et in Caeſarea frutices ſtillant balſama, e quibus vnguentum fit. Phoenicia media, in qua ſol ardet maxime, olim proferebat cinnamomum; nunc per ſolem exuſta, pars nardum ſilueſtre, pars ruſticum amomum profert.

His

208. 209 Locus ſine dubio corruptus: ſed quomodo immutetur, neſcio, quum nullo in libro legantur alia. Quid ſunt *nimis ambroſia virgulta?* et quid *Caeſarei odores?* Vtrumque verſum legit editio Lugd. lineis inuerſis, et paucis transpoſitis, ita: *Balſama Caeſareos plorant virgulta per agros: Et nimis ambroſium lacrimae dant munus odores.* Nollem ego reiicere coniecturam Barthii, Adu. 9, 7 legentis: *Idumaea ambroſia plorant virgulta per agros. Balſama Caeſareos.* Per *Idumaeam* intelligit Palaeſtinam; et per *agros Caeſareos*, agros prope hanc ciuitatem. In Palaeſtina prope Caeſaream eſt tractus balſamis abundans. Sequutus ſum Barthium in mea Paraphraſi. Quamuis ille ſibi non conſtet. Nam Adu. 34, 10 legere vult *Balſama caeſa ſacros lacrimae dant munus odores.* Sed haec durior eſt lectio. — *Plorare, lacrimas dare,* eſt rorare, ſtillare, vt arbores quaedam aut vites ſtillant.

210. *profert*) Pro Imperfecto *proferebat*, quia Verſu ſequenti legitur: *nam Nunc fundit*. Olim proferebat Cinnamomum gratum, Hodie vero Nardum adulteratam profert. Nardum, Amomum, in hoc loco non ſunt frutices *odorati*; vt putat quidem Geo. Fabricius in Comment. ad h. l. p. 7. Sed Conr. Geſnerus intellexit *nardum* de *ſilueſtri* et *ruſtica* herba, cepa, bulbo; *amomum* de pipere aſpero. Apud S. Marcum, 14, 3 commemoratur *νάρδος πιστικὴ*, quia etiam datur nardus ſilueſtris. — Sirmondus pro *nunc* legit *non*. Quod vero ſenſum dat alium, quam qualem Dracontius poſtulat.

Omnibus his genitis, animal rationis amicum
Formatur virtute Dei, limatur in artus,
Vt dominator eat moderantior omnibus iſtis,
Naturae iuſſu quae protulit omnia princeps.
Aſt hominem non terra parit, non pondus ab vndis,
Non caelum, non aſtra creant, non purior aër:
Sed dominatorum dominator ſummus et auctor
Limauit per membra virum de puluere factum.
Limus adhuc deformis erat, membratur in artus
Corporeos ſpecies hominis, caeleſtis imago:
Conſpicitur noua forma viri, ſine mente parumper:
Spiritus infuſus ſubito per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit praecordia ſanguis;
Mox rubuere genae, totos rubor inficit artus.
Iam cutis eſt qui puluis erat: iam terra medullas
Oſſibus includit: ſurgunt immenſa capilli:
Orbe micant gemino gemmantia lumina viſu:
Et vocem compago dedit noua, machina ſurgens,
Auctorem laudare ſuum, gauiſa quod eſſet.
Tunc oculos per cuncta iacit; miratur amoe-
num
Sic florere locum; ſic puros fontibus amnes

Qua-

214 *limatur in artus*) formatur, politur. Iterum Verſu 220 *limauit per membra.*

215 *moderantior*) a *moderans:* vt ſuperantior a ſuperans. Significat, longe praeſtantior et potentior. Editio Lugdun. habet *moderatior.* — *omnibus iſtis*) Sirmond. et Lugd. *omnibus vnus.* Id forte melius.

216 *princeps*) primus, auctor naturae Deus.

217 *pondus ab vndis*) Sirmond. et Riuinus: *pontus ab vndis.*

221. 222 *in artus corporeos ſpecies hominis*) Sirmondus et Lugd. legunt *corporea* ſcil. ſpecies. Errat vero Dracontius, quaſi Imago Diuina conſtitiſſet in *corpore* hominis. Riuinus itaque emendare conatur ita: *Conſpicitur noua forma Viri,* quum

His creatis, potentia Dei formatur Animal rationale, vt dominus eſſet ac moderator omnium, quae Auctor naturae produxerat. Hominem inquam non produxit terra, non aquae pondus, nec caelum, ſidus, aether; ſed omnium rerum ſupremus rector et creator poliuit membra viri ex puluere. Limus erat informis: formatur corpus hominis membratim ad imaginem diuinam. Apparet noua ſpecies Viri abſque anima: repente ſuggeritur anima peruadens membra: ſanguis et calor occupat cor: genae et membra rubent. Nunc eſt cutis, quae terra fuerat: medulla inditur oſſibus: creſcit caeſaries longa: et duo oculi fulgent vt gemmae: compagini et machinae nouae datur vox, quae creatorem laudet, et gaudeat quod exiſtit.

Iam homo circumſpicit vndique; miratur locum floribus tam amoenis, et fluuios quatuor e pro-

quum Mente ſuprema (i. e. a Deo,) *ſpiritus infuſus ſubito per membra cucurrit.*

227 *medullas*) Alii libri: *medullam.*

228 *ſurgunt immenſa capilli*) Pro, ſurgit immenſum capilli. Hyperbole pro *valde*, aut in hoc loco, pro *denſe*, *confertim*. Sirmond. et Lugd. *in meſſe capilli*, quod dicitur de permultis capillis, vt *meſſis malorum* de permultis malis. Riuinus lectionem Sirmondi ingenioſius explicat, quem vide.

230 Emendat et interpungit Riuinus: *Et vocem compage dedit; noua machina ſurgens.*

232 *amoenum*) Sic in Lugdun. In prioribus editionibus *amoenis*, ſcil. floribus. Verſ. 64 *floribus ambroſiis.* Riuinus coniicit *amomis.*

Quatuor vndifluo ſtringentes gurgite ripas,
Ire per arboreos ſaltus, campoſque virentes.
Miratur ſe, quod ſit homo; quos factus ad vſus
Scire cupit; ſimplex eſt, non habet vnde requirat,
Quo merito ſibimet data ſit poſſeſſio, mundus,
Atque aeterna domus nemoris per florea rura.
Parua procul ſpectat virides iumenta per agros.
Hac de re tacitus volvitque et corde requirit,
Et, quare Secum non ſint haec ipſa, volutat;
Nam conſorte carens, cum quo conferret, egebat.
Viderat omnipotens haec illum corde mouentem;
Et miſeratus, ait: demus ſolatia facto,
Participem generis. tanquam ſi diceret auctor:
Non ſolum decet eſſe virum; conſortia blanda
Nouerit, Vxor erit, cuius tamen iſte maritus;
Coniugium ſe quiſque vocet; dulcedo recurrat
Cordibus innocuis; et ſint ſibi pignus vterque;
Velle pares, et nolle pares, ſtans vna voluntas;
Pars animi concors, paribus decurrere votis.

Ambo

234 *ſtringentes*) Fluuii ripas *ſtringunt*, i. e. praetereunt, placide lambunt. — *vndifluo*) Verbum Dracontii, *vndifluus*, iterum occurrit Verſu 489.

235 *ire*) procedere, decurrere. Ad hunc locum conf. Weitz. p. 71.

236 *quod ſit homo*) Riuinus interpungit ita: *Miratur Se; quid ſit; homo;*

237 *ſimplex eſt, non habet vnde* —) In Lugdun. *ſimplex, et non habet vnde* —

238 *poſſeſſio, mundus*) Poſui Comma inter vtrumque. Alias legitur *poſſeſſio mundi.*

239 *aeterna domus nemoris*) Hyperbole indicat manſionem diuinam in hoc amoeno Paradiſo.

profundo fluere tam puros, et intra ripas per ſil-uas ac campos ire; miratur Se, quod ſit homo; quem creatus ſit in finem, noſſe vult. Imperitus eſt, nec habet a quo cognoſcat, quare mundus et diuina habitatio Paradiſi ſibi data ſit? Proſpectat e longinquo errantes greges, et reputat quare hi non ſint Socii ipſius? nam conſortio carebat, et indigebat quocum verſaretur.

Sciebat Deus, hominem ea cogitare; miſertuſque, auxiliabimur, dicebat, et dabimus Sociam. Quaſi diceret: Haut iuuat, Virum eſſe ſolum; conſortium habeat dulce, Vxorem, cuius maritus ſit; vterque ſe Coniugium nominet; et vitam tranſigant amoenam hi boni; vterque fidem ſibi ſpondeat; velintque et nolint idem; vna mens et concordia, vna vota vtriſque ſint; tranquille et pacate vi-

240 *iumenta*) Haec lectio Lugd. placet prae illa, *vireta*. Malebat etiam Riuinus *iumenta*, quamuis non inſereret Textui.

241 *Hac de re*) Super eo ſtatu.

242) *Et, quare Secum non ſint haec ipſa, volutat*) Sic Lugd. Aliae Editt.: *Et quare Secum non ſint haec; ipſe volutat.* Animo verſat, quare haec Animalia, viua, non ſint in *ſua* ſocietate? in amicitia *ſua* interiore?

245 *demus ſolatia facto*) medebimur, cuius indigeat.

248 Hic verſus deeſt in Editt. Weitzii et Riuini; ex illis Sirmondi et Lugdunenſis reſtituendus.

249 *Coniugium ſe quiſque vocet*) Hi ambos ſe ſimul vocent Coniugium. — *dulcedo recurrat Cordibus innocuis*) vita dulcis decurrat iis in ſtatu innocentiae.

252 *Pars animi concors*) Cruſius in Probab. vult: *Sors animi conſors*.

Ambo ſibi requies cordis, ſint ambo fideles,
Et quicunque datur caſus, ſit cauſſa duorum.

Nec mora; iam venit alta quies, oculoſque ſupinat
Somnus, et in dulcem ſoluuntur membra ſoporem.
Sed quum iure Deus nullo prohibente valeret
Demere particulam, de quo prius ipſe pararat;
Attamen ablata iuueni ne coſta doleret,
Redderet et triſtem ſubito, quem laedere nollet,
Fur opifex vult eſſe ſuus. Nam poſſet alumnam
Puluere de ſimili Princeps formare puellam.
Sed quo plenus amor toto de corde veniret,
Noſcere in vxore voluit ſua membra maritum.
Diuiditur contexta cutis, ſubducitur vna
Senſim coſta viro, ſed mox reditura marito.
Nam iuuenis de parte breui formatur adulta
Virgo, decora, rudis, matura tumentibus annis,
Coniugii ſuboliſque capax, quibus apta probatur;
Et ſine lacte pio creſcit iam infantia pubes.

Excu-

254 *quicunque caſus, ſit cauſſa duorum*) Sit caſus duorum. Fortuna ſit ſiue proſpera, ſiue aduerſa. Amicorum amborum ſunto quaeuis communia.

257 *iure nullo prohibente*) lege nulla vetante; nemine interdicente.

258 *demere particulam de quo*) auferre particulam *de corpore, quod* creauerat paullo ante.

261 *Fur opifex vult eſſe ſuus*) Sic legit eleganter Aeſculapius huius loci, quem Riuinus optauerat, editor Lugdunenſis. Lectio omnium erat olim: *Cur opifex vult eſſe ſuus?* Hoc loco opifex nominatur *fur*, quia *clandeſtine* quaſique *furtim* agebat. Sic Chriſtus audit κλέπτης propter aduentum inopinatum. Apoc. 3, 3. 16, 15. Nec opus erat Cruſii coniectura; *Curae opifex vult eſſe ſuae.* — *Nam poſſet*) Pro: *nam potuiſſet.* Dracontius ſaepe praeſens et imperfectum pro perfecto aut plusquamperfecto poſuit. Verſu

220

viuant, et, quae eueniant vni, communia ambobus ſunto.

Mora nec vlla: profundo ac dulci ſomno conſopit homo. Deus autem quum potuiſſet, nemine obſtante, ſubducere puſillum corporis, vt fecerat antea; ne ob coſtam tamen ablatam doleret iuuenis, et ne contriſtaretur quem volebat, voluit quaſi fur eſſe ſui. Potuiſſet creator feminam, ſuam alumnam, ex non diſſimili puluere efformare. Sed vt amor ex plane ſincero et pleno animo veniret, voluit maritum membra propria agnoſcere in vxore. Diuidebat cutem, et auferebat viro coſtam, reſtituendam deinceps; et ex hac coſta parua fabricabat virginem puberem, bellam, ignaram viri, nubilem, viro et liberis pariendis aptam; et ſine materno lacte increuerat pubes adoleſcentula.

Exper-

210 *profert* pro *proferebat.* Verſu 103 *addit* pro *addidit.* plura alia.

263 *quo plenus amor toto de corde veniret*) Hodie qui ſcriberent ita, vitio non carerent. Amare ex intimo corde, ſoloeciſmus eſt. Dracontius vult exprimere *τὴν τελείαν ἀγάπην*, *ſinceriſſimum amorem.*

265 *Diuiditur contexta cutis*) Riuinus malebat *crates* pro *cutis.* Sed in *crates* prima ſyllaba producitur.

266 Haec linea deeſt in Editionibus nonnullis, ſupplenda ex Sirmondi illa et Lugdunenſi.

268 *rudis*) ignara rei vxoriae. Nonnus in Dionyſ. 15 p. 422 *ἀπειρήτη* Κυθερείης. Muſaeus vſ. 21 *γάμων ἀδίδακτος ἐοῦσα.* — *matura tumentibus annis*) Gloſſar. Vet. *ἡ ἐνακμὸς κόρη*, *nubilis*, et vt Horat. *tempeſtiua viro.*

270 *ſine lacte pio*) *Lac pium*, quod amor matris infanti dat. — *creſcit iam*) pro *increuerat.* Apud Sirmondum deeſt *iam.* — *infantia pubes*) loquutio elegantula, ſenſu hoc: *Infantia, adulta* vt ſic loquar, ac *nubilis.* "*Pubes* ponitur hic Adiectiue." Barth. in Aduerſ. 23, 19.

Excutitur ſomno iuuenis, videt ipſe puellam
Ante oculos adſtare ſuos: pater inde, maritus,
Non tamen ex coitu genitor, ſed coniugis auctor.
Somnus erat partus, conceptus ſemine nullo;
Materiam ſopita quies produxit amoris,
Affectuſque nouos blandi genuere ſopores.
Conſtitit ante oculos nullo velamine tecta,
Corpore nuda ſimul niueo, ceu nympha profundi:
Caeſaries intonſa comis: gena pulchra rubore:
Omnia pulchra gerens, oculos, os, colla, manuſque,
Vt qualem poſſent digiti formare Tonantis.
Neſcia mens illis fieri quae cauſſa fuiſſet?
Tunc Deus et princeps ambos coniunxit in vnum.
Et remeat ſua coſta viro, ſua membra recepit.
Accipit et foenus, quum non ſit debitor vllus.
His datur omnis humus, et quicquid iuſſa creauit,
Aëris et pelagi foetus, elementa, duorum
Arbi-

272 *Ante oculos ſuos*) coram. Iterum verſu 277. — *pater inde, maritus*) Ita recte Lugdun. Videbat, ſe eſſe coniugis ſuae maritum, patrem, propagatorem.

273 *Non tamen*) Legendum eſt ita, pro *Non tantum.*

274 *ſomnus erat partus*) Weitz. *ſomnus erat paruus*; et in Indice: *ſomnus erat parcus.* Neutrum recte. Melius Lugdunenſis, vt hic. Somnus erat tempus quo Eua in vitam prodiret. Barthius l. c. explicat, ſomnus erat inſtar puerperii, conceptio ex ſemine nullo. *Somnus, ſopita quies, blandi ſopores* ſunt idem. Itaque in Paraphraſi non repetii.

275 *materiam amoris, affectuſque nouos*) In ſomno producebatur Eua, declaratura amorem inſuetum, adhuc inauditum.

276 *affectuſque nouos*) Non, *nouo*, vt apud Sirmondum.

278 Sequor, vt plerumque, editionem Lugdun. veluti clariorem: Nam in prioribus legebatur: *Corpora nuda ſimul, niuei ceu nympha profundi.* Nympha profundi Venus eſt, oriun-

Expergiſcitur iuuenis, et conſpicit puellam adſtare. Agnoſcit ſe maritum, et patrem ſi coiuerit, ſed et genitorem coniugis. Somnus, erat quaſi partus puellae, nullo ſemine conceptus: is produxerat amoris materiem et affectus nouos. Puellam conſpicit non veſtitam, nudam corpore candido, tanquam Venerem marinam: capilli prolixi et impexi: genae venuſtae ac rubeae: omnia formoſa, oculos, vultum, collum, manus, cuiuſmodi non niſi Omnipotens poterat creare. Ignorabant, quare illis euenerint talia?

Tum Deus aeternus conſociauit vtroſque. Et rediit marito coſta. Accipit quoque foenus, etſi debitor non adeſſet. Nam traditur iis tota terra, et quicquid ea produxit diuino iuſſu; volucres, piſces, elementa, traduntur arbitrio amborum. Hos,

oriunda e ſpuma maris, quod Cypro contiguum nominatur Θηντόκον apud Nonnum Dionyſ. l. 41 p. 1058 et Heſiod. Theog. 196 Ἀφρογένεια Θεά. Add. Weitz. ad Dracont. p. 137 ſq.

279 *Caeſaries intonſa comis*) Abundat *comis*. Sunt capilli longi, denſi, non acciſi. *Caeſaries* ponitur apud Poëtas de *mulieris* intonſo crine, *coma*. Vid. Barth. Adu. 19, 8. et vel ipſe Salmaſ. in Epiſt. ad Coluium, quamuis caeſaries proprie *virorum* eſt. — *gena pulchra*) Plerumque in Plurali *genae*.

282 *illis fieri*) Barth. Adu. 23, 19 legit *illi*, et ad ſolum Adamum tranſfert. *Fieri* eſt creari, condi. Riuinum conſule ad h. l.

283 *Deus et princeps*) *primus* inſtitutor coniugii. Pro *et* legi poteſt *vt*. Tum Deus, *tanquam* auctor matrimonii.

286 *quicquid iuſſa creauit*) quicquid humus, a Deo iuſſa, produxit.

Arbitrio commiſſa manent. His, creſcite, dixit
Omnipotens, replete ſolum de ſemine veſtro;
Sanguinis ingeniti, natos, nutrite nepotes,
Et de prole nouos iterum reparate iugales! —
Dumque fretum terra, et dum caelum ſubleuat aër,
Dum ſolis micat axe iubar, dum luna tenebras
Diſſipat, et puro lucent mea ſidera caelo;
Sumere quicquid habent pomaria noſtra licebit,
Deliciaeque fluent vobis, et honeſta voluptas.
Arboris vnius tantum neſcite saporem.
Dixerat iſta Deus; ſanxit natura quod inquit
Omnipotens. Migrare diem, diſcedere ſolem,
Nec lucem remeare putat terrena propago,
Subductiſque nigris collucet luna tenebris,
Sidera cuncta notant caelo radiare ſereno.
Aſt vbi purpureum ſurgentem ex aequore cernunt
Luciferum vibrare iubar, flammaſque ciere,
Et reducem ſuper aſtra diem de ſole rubentem:
Mox reuocata fouent heſterna in gaudia mentes,
Temporis et requiem noſcentes, luce diurna
Ceperunt ſperare diem, ridere tenebras.

Tot

290 *Sanguinis ingeniti*) Vtraque vox non eſt Genitiuus a *ſanguis ingenitus*, vt Weitzius putauit in Indice. Nec Riuinus ſatisfacit, qui diuidit vocem, *Sanguinis in geniti natos nutrite nepotes*; vt ſenſus ſit: Nutrite nepotes in ſanguinis geniti natis. Sed *ingeniti* eſt Nominatiuus in Plurali, qui conſtruitur alias quidem cum Ablatiuo, ſed in hoc loco cum Genitiuo. *Ingenitus ſanguinis* eſt non genitus ab hominibus parentibus; et adhibetur de protoplaſtis, ipſo a Deo creatis.

291 *reparate iugales*) comparate alios, matrimonio *iungendos*.

292 *et dum caelum*) Lugd. omittit *et*. — *ſubleuat*) adiuuat, auxiliatur.

293 *dum Solis micat axe iubar*) Quamdiu Sol circa axem ſe ſuum rotat. Verſu 102: *iubar induit*, *axe rotauit*.

296 *Deliciaeque fluent*) *Fluere* de copia ſupra modum, et abundantia. — *honeſta voluptas*) pulchrae et eximiae deliciae.

Hos, multiplicamini, Deus alloquitur, et replete terram de veſtra progenie: vos, a parentibus non generati, generate filios, nepotes, et alios qui connubium ineant. Quamdiu etiam terra continuerit mare, aër caelum, quamdiu lucebit ſol, luna caliginem pellet, et mea ſidera fulgebunt ſereno caelo; poteſtis edere de pomarii cunctis arboribus, et frui illius deliciis. Ab vnius ſaltem arboris fructu abſtinete.

Haec iuſſit Deus: et natura ſtabiliuit quae iuſſerat. Iam dies praeteriit, et occiderat ſol. Putabat homo, reditum non iri Diem vllum: luna nitet, et ſidera fulgent claro caelo. Sed, quum viderent phoſphorum aquis aſcendere et micare, ac rubente ſole reuerti lucem; reſumebant gaudia pridiana, et exiſtimabant aliquo tempore quieſcendum eſſe; ſperabant diem, et noctem ſpernebant.

Deus

297 *neſcite*) abſtinete, immo horrete, ob poenam fructus prohibiti. Geneſ. 2, 17.

298 *ſanxit natura*) Euentus confirmauit. Si *natura* pro *Deo* ſumitur, intelligitur vox mente Chriſtianorum.

301 *ſubductis nigris tenebris*) diſſipatis ſenſim tenebris. Quod tenebrae diſſipantur *ſenſim*, particula *ſub* indicat. Omitti haec poteſt in Paraphraſi, quia iam ineſt verbis *migrare diem*, *diſcedere Solem*.

304 *vibrare iubar, flammaſque ciere*) tremere fulgore, coruſcare.

305 *ſupra aſtra*) ſuperne, ſupero loco.

306 *reuocata fouent h. i. g. mentes*) toto animo gaudebant denuo, vt heri.

307 *Temporis*) Deleatur in Lugdun. interpunctio poſt *temporis*, et coniungatur *Temporis requies*.

308 *ridere tenebras*) parum curare eas.

Tot bona facta Deus non obliuiſcitur vnquam!
Quapropter fecitque homines, ſanxitque manere!
His Dominus pietatis opem ſubducere non vult;
Proiicere nec plaſma ſuum vult conditor aeui;
Eſſe nihil prorſus, ſe praeter, vbique rogandum,
Et niſi ſubueniat, ſuccurrens non erit vllus.
Inde malo bonus eſt homini Deus, omnibus auctor
Ipſe, opifex, dominus, rector, dux, arbiter, iudex;
Continua bonitate pius, virtute modeſtus,
Simplicitate bonus, qui culmine celſior omni.
Ibant per flores, per tota roſaria laeti
Inter odoratas meſſes, lucoſque virentes,
Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum,
Corporibus nudis, et neſcia corda pudoris,
Quae pars membrorum ſecretior eſſet habenda.
Vnde rudes ſcirent, quid moribus eſſet honeſtum?
Quod digitos oculoſque putant, hoc membra pudenda.
Publica iungebant affectibus oſcula paſſim,
Nec rubor vllus erat, quum ſtaret origo pudoris,
Illicitumque ſibi prorſus nihil eſſe putabant,

Et

310 In Lugd. *Quae propter homines fecit, ſanxitque manere.*

311 *Dominus pietatis*) Vno id verbo nequit exprimi. Intelligitur Deus miſericors, ſanctus, *φιλάνθρωπος*. Verſu 317 *continua pietate bonus.* Pſalm. 111, 4. Ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων.

312 *plaſma ſuum*) Hoc vocabulo delectantur ſcriptores Chriſtiani, ſi loquuntur de *creatura*, Prudentius, et Alcimus Auitus. Habetur etiam *factura.*

314 *ſuccurrens*) ὁ βοηθός· Hebr. 13, 6,

316 Differunt quidem haec etymologice apud grammaticos, ſed apud Noſtrum ponuntur prope vt ſynonyma.

318 *qui culmine celſior omni*) Ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν. Hebr. 7, 26.

Deus ſane perpetuo curat ſua opera praeclara, ob quae homines creauit, et decreuit ea perſtitura! Benignus ille et clemens Deus non detrahit opem iis! et auctor rerum non negligit ſuas creaturas! ſcit a nemine aliquid expectari poſſe, nec poſſe alium auxiliari praeter ſe. Idcirco et malis Deus eſt bonus, omnium creator, dominus, gubernator, iudex; ſincera fide, potentia moderata, candore ſanctus, et maieſtate ſumma eminentior.

Ambulabant hilare per hortum roſarum, inter flores ſuauiſſimos et ſaltus virides, tanquam animalia; nudi, et pudoris ignari, et neſcii quae membra ſint verecundiora. Vnde enim cognoſſent decorum illi imperiti? Quod digiti et oculi ſunt, id putabant etiam verenda eſſe. Oſcula miſcebant palam prae amore, nec pudebat ſi pudor intumeſcebat: credebant, illicitum eſſe nihil illis, qui-

320 *Inter odoratas meſſes*) Eas exponit Weitz. in Gloſſ. p. 77 de floribus omnis generis ſuaueolentibus. — *lucoſque uirentes*) Nihil aliud hoc loco, quam *ſiluas florentes*, etſi differat *lucus* a *ſilua*. Hunc locum explicauit Riuin. in Not. ad Peruig. Vener. 97 ed. Hag. Com.

321 *ſimpliciter pecudum ritu*) negligenter, ſine reſpectu alterius. Hoc ſenſu occurrit apud ſcriptores mediae Latinitatis. Vid. Du Freſne in Gloſſar. Poteſt etiam: *plane vt animalia.*

322 *et neſcia corda pudoris*) et animo pudoris ignaro. Loquutio ſermonem Graecorum imitatur.

323 *pars ſecretior*) turpicula, et naturae ſecretum. Verſus ſequentes vlterius explicant.

327 *nec rubor*) Poteſt legi *nec pudor*, vocabulo iterato. Sed nihil muto. Senſum explicauit recte Weitzius. Nec cum Riuino mutandum: *ceſſabat origo pudoris.*

328 *ſibi*) pro *illis*. — Et ſtatim verſu ſequenti *omnia ad vnum*) pro *ad vnum omnia*; excepto alio nullo fructu. Sirmondus et Lugdun. legunt *omnia ad vſum*. Barthius Adu. 7, 20

 quia

Et bene credebant, quibus omnia iuſſit ad vnum,
Arboris vnius fructu ſub lege negato.
Vomere non tellus, non raſtris iuſſa domari;
Quaerere nec ſudor fructus quocunque labore
Cogitur, aut campos aliquo de fonte rigare,
Imbriferis ſemper pluuiis abſentibus. Vber
Ceſpes et arbitrio creſcit fortuna marito.
Praeterea ſolis datus eſt locus ille duobus,
Deliciis hominum tantum conſtructus opacis.
Et placidas ſuſtentat aues: (non ore cruentas;
Vnguibus armatas neſcit proferre volucres;)
Omne genus pecudum; (neſcit genus omne ferarum.)
  Solus ibi irrepſit ſquamoſo corpore ſerpens,
Fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum,
Pecto-

quia non indicetur clare is, cuius iuſſu omnia facta fuerint, pro *ad vnum*, emendat *Adonai*. Addens, *hic nihil remanet duri*. Excipio autem: imo multum! Quis non videt *Deum* intelligi, etſi non addatur? Coniectura haec eſt nimium erudita, ex *ad vnum* formare *Adonai*.

331 *tellus non iuſſa domari*) Poëtice pro *aratro ſubigere*. Terra inculta, quaſi fera, manſueſieri et molliri debet. Exempla collegit Burman. ad Petron. c. 99.

332 Senſus eſt. Nec labore aut ſudore vllo comparari debent fructus horaei, nec fluuio irrigari, etſi pluuia nondum cadebat. Geneſ. 2, 5.

334 *Vber ceſpes*) Sic legendum. Non, *Imber ceſpes*, quod Simon Toelmanus nimis ingenioſe explicat p. 162 edit. Weitzii. Loco pluuiae, ipſum ceſpitem, inſito vbertatis ſucco ſibimet imbrem fuiſſe. Senſus videtur is, quem dedi in Interpretatione. Comma quoque poſt *ceſpes* delendum. Coniunguntur *Vber ceſpes et fortuna*, id eſt, *vber et fortunatus tractus*. Is dabat abunde *arbitrio mariti*) Prouti maritus optabat. Pro *fortuna* legit Sirmondus *foetura*. Fortaſſe *factura*, plaſma, vt Verſu 312.

quibus Deus permiſerat omnia, praeter fructum vnius arboris, ſub poena interdictum. Terra non vomere, non raſtris ſubigebatur: nec cum ſudore laborabant, aut campos humectabant ex fonte, quum nondum ceciderit pluuia. Fertilis et fortunatus tractus dabat marito ex animi voto. Solis autem his duobus datus erat locus ille opacus et amoenus. Locus alebat aues non niſi placidas, non roſtro vel vnguibus crudeles. Pecorum quoque placidorum omne genus alebat, non animalia fera.

Vnice ſerpens ſquameus irrepſerat, fraudulentus, mortifer, auctor omnium malorum, ſpumans

337 *deliciis opacis*) *Opacis* refero ad *opacum* ſilvis et nemoribus. Poëta coniunxit *delicias ex opacitate*. Vmbris refrigerabantur primi homines.

338 Verba haec ſine dubio in mendo iacebant. Legebatur *Non placidas ſuſtentat aues*. Falſo. Immo prodeunt vero deliciae potius hinc, quod locus ſuſtentat aues placidas. Deleatur *Non*: pro quo ponatur *Et placidas ſuſt. aues*. Id eſt: *Praeterea placidas* — non cruentas, non vnguibus armatas.

339 *armatas neſcit proferre volucres*) Vulgo *perferre*. quod omnino poteſt perferri. Paradiſus autem dicitur *neſcius* crudeles producere volucres; id Poëtarum more indicat, quod non poteſt eas *ferre*, pati, tolerare. Hunc locum Dracontii explicauit Euſtath. Swartius in Analect. 1, 4. Add. Dracontii libr. 2, vſ. vlt. *Neſcia feruoris vel leuitatis inops*.

340 *Omne genus pecudum*) Subintelligendum denuo ex verſu 338. *ſuſtentat*. Paradiſus omne genus *pecudum* alit, nimirum *placidarum*, ouium, cuniculorum, caprarum. Non alit fera animalia.

Pectore vipereo mellitum ex ore venenum
Funereo ſub dente parans ſpumante palato.
Ergo vbi liuor edax contuſum dente venenum,
Inuidiae mordacis habens ſub fronte modeſta,
Quaerit opem ſceleris, per quam fallatur honeſtas,
Simplicitaſque cadat; vel credula corda reatus
Incurrunt, non fraude ſua; ſed clade perenni.
Fortia corda Viri, non expugnanda per anguem,
Praeſenſit pietatis inops: ſed Coniugis aures
Aggreditur, ſub voce pia, ſermone maligno.
Inſidioſus adit, heu! mollia corda puellae.
Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
His ſimul aſſumtis reſerantur lumina cordis,
Ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
Poenituit reſciſſe dapes, et damna putantur
Temporis exacti ſpacio procedere peius.
Auſa quippe nefas, tentat ſeducta maritum,
Et capit inſontem iam noxia femina victum;

Cir-

343 *mellitum venenum*) Sic bene Sirmondus et Lugd.; non *mollitum*, vt alii legunt libri.

344 *Funereo ſub dente*) Sirmond. et Lugd. denuo recte. Poteſt etiam legi *Funera iam ſub dente*, i. e. funeſto et exitioſo dente. Serpens legitur vſ. 342 fraudibus *mortis* imbutus. Aliorum lectio, *Munera iam ſub dente*, vitium ſcripturae eſt.

345 *contuſum dente*) Omiſi in Paraphraſi, quia iam Verſu antecedenti ineſt. Cum hoc Verſu incipit Protaſis, perioduſque clauditur cum verbis *ſed clade perenni*, Verſ. 349.

346 *Inuidiae mordacis habens,*) Deleatur Comma.

347 *Quaerit opem ſceleris*) Auxilium fert ſceleri, et promouet ſcelus, ſi occultatur.

348 *vel credula corda*) Incipit Apodoſis. Et propterea legendum Verſu ſequenti in Indicatiuo *incurrunt*, non *incurrant*, vt in Editt. habetur. Scriptores Chriſtiani adhibent phraſin *incurrere reatum* eo ſenſu, ſi qui in culpa, et rei ſunt apud Deum.

mans virus melle mixtum dente exitiali: Imo venenum melle ſubigitur, ſi probitate ſimulata tegitur facinus quo decipitur probitas; nocet credulitas; non ſua quidem culpa, ſuo tamen damno perpetuo.

Praeuiderat Malus animum mariti ſtrenuum, neſcium vinci per ſerpentem: Coniugem inuadit malitioſe loquela blanda. Adoritur feminam mollem fraudulentus, et ei perſuadet edere, quod trucem parabat mortem. Simul ederat, cognoſcit multa mala permixta eſſe bono. Dolet cognouiſſe pomum; et poenitet, tempus poſterum infelicius praetereundum eſſe. Auſa tamen id crimen, decepta ipſa, pertentat etiam maritum; et noxia iam ipſa,

349 *clade perenni*) Opponuntur *fraus* et *clades*, culpa et poena.

351 *pietatis inops*) Litotes eſt, pro ſceleſtiſſimo, et auctore omnium flagitiorum. Satanas intelligitur, ſerpentem obſidens. Cruſius p. 276 emendat *pirata ferox*, latro immanis.

352 *ſub voce pia*) id eſt, verbis blandis et mitibus.

354 *crudeli funere plenos*) Funus, pro cauſſa mortis. Cibi mortem efficientes.

355 *aſſumtis*) pro *conſumtis*, *comeſis*. — *Referantur lumina cordis*) Lugdun. *limina*. Geneſ. 3, vſ. 5. 7.

357 *Poenituit reſciiſſe dapes*) Doluit guſtaſſe pomum, et cognouiſſe vires eius. Lugdun. habet *neſciiſſe*.

358 *Temporis exacti ſpacio*) Sic recte Weitzius. Lugd. *temporis exacta ſpacia*. Quomodocunque ſcribatur, ſenſus eſt: Tempus futurum, eſſe praetereundum infeliciter, neque tam fortunate, quam tempus exactum.

359 *quippe*) Barthius Aduerſ. 7, 20 putat hoc triſyllabum eſſe.

360 *capit inſontem*) decipit non tantopere nocentem.

Circumuenta perit; ſed circumſcripta fefellit,
Nec circumſcriptum ſerpens impune triumphat.

Nam poſtquam iuuenis violata mente comedit
Funereos ſine lege cibos, in morte futurus,
Mox ſapit infelix quid prauum, quid ſit honeſtum;
Cognita ſimplicitas et mox eſt corde fugata.
Membra pudenda putat partem, quae eſt prolis origo,
Et partem, quae ventris erat digeſtio, turpem.
Omnibus ex membris pars mundior ipſa putatur
Noxia ſola magis fuerat quae in corpore toto.
Os aditum mortis tunc protulit, atque refecit
Lingua maliſuada, ſed et aures limina mortis.
Viderat omnipotens, omnem didiciſſe pudorem,
Perdiderant quem fraude truci dapibuſque comeſis,
Errantes per prata reos, foliiſque tegentes
Iam

361 *Circumuenta perit*) Barth. l. c. *premit.*

362 *Nec circumſcriptum - impune triumphat*) Supra maritum deceptum, non triumphat ita, vt ſine poena manſerit ſerpens. Exprimitur vox περιγραφὴ circumſcriptio, quae eſt *fraus*, *circumuentio*. Weitz. in Gloſſar. p. 101 adducit *triumphare aliquem*, quae dictio habetur apud Lactantium; exultare quaſi in triumpho, Vae victis! — *Impune*) ἀτιμωρητί. Lugd. *Nec circumſcripta ſerpens*) Sed, neque metrum permittit hoc; neque ſerpens erat decepta; potius homo vterque.

363 Penſum integrum, a Verſu inde 363, vſque ad Verſum 420, deeſt in editione Weitziana; et lacuna ſuppletur a me ex editione Sirmondi ac Lugdunenſi. Hoc penſum, dubium non eſt quin ſit Dracontii. Nam Iſidorus Hiſpalenſis Origin. 12, 2 adduxit illius Verſum 397 *Praedicit Pſyllus vim cuiuſcunque veneni*, teſtatus clare, eum eſſe Auctoris noſtri. — *violata mente*) amens, faucius conſcientia.

364 *ſine lege*) ἄνευ νόμου, iniuſſu diuino. In hoc loco: *contra interdictum Dei.* — *in morte futurus*) morti obnoxius.

ipſa, vincit minus noxium; et defraudata ipſa, defraudat amplius. Serpens tamen fraudulentus, impunitus etiam ipſe non vicit.

Nam iuuenis infelix poſtquam contra interdictum ederat funeſtum pomum, iam morti obnoxius, intelligit quid turpe aut purum eſſet; auferat integritas priſtina; putat, prolis originem eſſe verenda; et partem qua aluus deiicitur, turpem. Inter omnia corporis membra, putat, illud eſſe purius, quod nocuerat plurimum. Nimirum Os morti parauit viam: et Lingua quae praue ſuaſerat, muniuit mortem: et Aures ianua ſunt fuerunt mortis.

Videbat Deus, hos fontes et eſu pomi defraudatos cognoſcere, quid pudor eſſet, quem amiſerant. Videbat eos trepidare per vireta, et contexiſſe

xiſſe

366 *ſimplicitas*) qua iuuat; ſinceritas, candor.

368 *et partem quae ventris erat, digeſtio, turpem.*) Emendatio haec Riuini, ſenſum Dracontii refert. Nam apud Sirmondum, et in Lugdun. legitur: *Et quae ventris erat pridem digeſtio, turpis.* Quid enim eſt *pridem?* Ex Verſu antecedenti repetendum eſt *partem.* *Digeſtio* ponitur in hoc loco pro *egeſtione, egeſtu.* Sed metri cauſſa ſcribendum erat *digeſtio.*

371 *atque refecit*) Sic legerem equidem, modo liceret. Nam lectio *reiecit* in Lugdun. non intelligitur; nec illa *recepit,* quae tamen Riuino placet. *Refecit,* indicat hic *firmauit, roborauit.*

372 *Lingua maliſuada*) veluti dicitur maliloquax, malicordis.

373 *Viderat omnipotens*) Magis apposite: *Sciuerat omne ſciens.* Deus perſpexit, protoplaſtos intelligere, ſe eſſe nudos, reos, et territos. Vidit, eos abſcondere ſe, et cognoſcere quid Pudor ſit. Gen. 3, 7-11.

375 *foliiſque tegentes iam foedos artus*) Geneſeos loco hoc dicitur, conſertis ficulneis foliis, feciſſe ſibi ſubligacula. Addit

dit

Iam foedos artus, dant agnita membra reatum,
Illicitum licitum reputant, licitumque profecto
Creditur eſſe nefas. Hos increpat ore tonanti
Sacrilegos, qui iura Dei calcando profanant.
Dum quaerunt ullas foliis vel rupe latebras;
Hinc magis obtunſi, quod credunt poſſe latere
Nunc quodcunque Deum, cui cuncta creata pateſcunt.
Et merito, quia cuncta facit fecitque iubendo.
Non fugit artificem, calidos quae maſſa caminos
Suſtineat, rubigo latens quae viſcera ferri
Corrodat, quae maſſa ſemel fornace liqueſcat.
Hic non defoſſa prodit tellure metalla,
Promittens ſaxis, et non de puluere, gemmas.
Scit, quibus immittat mordaces fluctibus hamos,
Retibus aut piſces fallat ſcrutator aquarum,
Et male venturas ſpondet ſibi nauta procellas.
Si pluuialis hiems aut ſaxeus vrgeat imber,
Non latet agricolam. Sub terris prouidus vndae
Promittit fontes, deſignans arte ſaporem,
Inſpecta tellure ſemel, ſine flatibus vllis.

Sibila

dit Dracontius: *dant agnita membra reatum*) Quum antea eſſent nudi, neque tamen erubeſcerent; nunc agnouerunt, propter hanc nuditatem eſſe erubeſcendum; agnouerunt, mutato rerum ſtatu, reatum malae conſcientiae, et nuditatem eſſe palam non oſtendendam.

379 *iura Dei calcando profanant*) legem Dei polluerant, et protriuerant.

380 *rupe*) In Lugdun., typorum errore: *rumpe*.

381 *obtunſi*) hebetes, obtuſi, ſtupidi. Apud Riuinum *obtuer*, qui eſt Typographi obtuſus error, inter alios ſexcentos huius acutae Editionis.

384 *artificem*) σιδηρουργόν, — *quae maſſa*) Quomodo comparata ſit maſſa ferri, tum dura ac ſolida, quae ſuſtinet ignem; tum ferruginea, quae furno iniecta, emolleſcit. Faber ferrarius nouit diſcrimen vtriuſque.

xiſſe frondibus verenda, et putare, in membris culpam peccati eſſe; licitum, putabant, eſſe nefas, ac nefas, licitum. Hos nefarios, quia legem ſuam violauerant, intonat duris verbis. Et, quia abſcondere volunt ſe frondibus, aut latere in ſpecu et rupibus, eo magis ſunt ſtupidi: nam putant, abſcondi aliquid poſſe Deo, cui omnia ſunt aperta, et qui omnia produxit ſolo iuſſu.

Cognoſcit omnino Faber maſſam, tum eam, quae ſuſtineat ignem ardentis furni, tum rubigine infectam, quae arrodat ferrum, et furno infecta emolleſcat. Alius, indicat metalla, in terram non defoſſa, et promittit gemmas e ſaxis, non e puluere. Nouit Piſcator, in quibus fluctibus iniiciat hamos mordaces, aut in quibus ſagenis decipiat piſces. Praeuidet Nauta, tempeſtatem infauſtam imminere. Si pluuiae inſtant, ſi nimbi, grando lapidea; id non fugit Agricolam. Intelligens aquarum, praedicit fontem ſubterraneum, et pro arte ſua ſaporem adeo illius, dummodo terram inſpicit,

387 *Hic*) Alius artifex. Metallifoſſor, metallicus. *Is* indicare poteſt metalla, latentia in terris, immo ea in ſaxis.

388 *non de puluere*) Ni errem, id indicat *ἀπονητί*, citra laborem multum ac puluerem, i. e. *faciliime*.

389 *mordaces hamos*) Num *fallaces*? ſed nihil muto. Apud Silium 7, 624 dicuntur *hami mordere*, ſi piſcem comprehendunt. Hami mordaces ſunt *pungentes*. Dicitur etiam fibula *mordere*, apud Rhodium de Acia, p. 144 f.

393 *prouidus vndae*) Aquarius, aquilex, *ὑδροσκόπος*. Qui intelligit, vbi inueniantur aquae, ſubterraneae, medicatae, puteales.

395 *ſine flatibus vllis*) Non ſatis perſpicua haec ſunt. Legendumne *ſine fluctibus vllis*? ſi aqua non profluit palam. Vid. Polenus ad Frontin. de Aquaeduct. p. 198. Poſt *vllis* ponenda eſt maior interſtinctio.

Sibila dum reticent, necdum ſerpente notato,
Praedicit Pſyllus vim cuiuſcunque veneni.
Signa videt Medicus mortis, reducisque ſalutis,
Et negat aut ſpondet victurum, iudice viſu,
Taedia laetitiae, vel gaudia luctibus indens.
Cur exempla damus populi praeſcire futura,
Quum teſtante Deo doceatur noſſe quod inſtat?
Natio viperea, clamat mortalibus, inquit
Signa poli noſtis; praedicitis, Imminet imber,
Et veniet, nec fallit hiems, nec tardat adeſſe.
Ecce genus hominum ventura ſcire probatur.
Nec mirum, Chriſti ſi ſentit imago futurum
Nimbum, quum moneant venturum animalia multa:
Ardea, rana, ſues, formicae, coruus, hirundo
Praedicunt pluuias, nec iam praeſagia fallunt.
Quid res exanimes? teſtis ardente lucerna
Scintillare oleum? fungis creſcentibus, ignem?

An

397 *Praedicit Pſyllus vim cuiuſcunque veneni*) Alii legunt *Praecidit*. Riuinus autem recte defendit *praedicit*. Pſyllis, Libyae populis in Cyrenaica, aut prope eam, tribuebant Plinius, Lucanus, et alii, ſcientiam ingenitam, vulneri venenato, a ſerpentibus illato, medendi. Tales etiam erant *Marſi* in Italia ad lacum Fucinum; et *Ophiogenes*, quorum patria incerta eſt. Quoad Verſum Dracontii de Pſyllis, in vetuſtis libris et apud Iſidorum Orig. 12, 2 lectum fuit *ſuillus*. Et Salmaſius in Solin. p. 317 emendauit *ſullus*. Intellexit *ichneumonem*, ὀφιομάχον, a NeoGraecis ὕλλον *ſuillum* dictum, a ſimilitudine roſtri ſuilli. *Praecidit ſullus vim cuiuſc. ven.* Vtraque autem lectio, *ſullus*, *ſuillus*, non eſt Dracontii: et recte Oudendorp. in Not. ad Lucan. 4, 724 ait, *de ſuillo nugae ſunt*. Item de *ſullo*. Legendum omnino eſt *Pſyllus*. Nomen autem hoc, tantum non ſemper corruptum extat. v. c. in Gloſſario ſub Iſidori nomine, p. 688 ed. Bonau. Vulcan. *Obſillas, marſus.* quod Thom. Reineſ. Var. Lect. 1, 8 emendauit *Pſyllus*, *Marſus*. Add. P. Crinitus de H. D. 1, 3.

399 *iudice viſu*) Medicus debet eſſe Autoptes.

cit, etſi non fluant aquae. Pſyllus, ſi nondum ſibilat ſerpens, et nondum cognoſcitur ex ſignis, praedicit tamen qualitatem veneni. Medicus, praeuidet mortis, vel ſanitatis reuertentis indicia, et prouti videt, aut negat aut promittit vitam; luctum gaudio, gaudium luctu mutat. — Et quid plura, quod Homines ſunt praeſcii venturorum? ipſe Deus fatetur praeſciri ventura poſſe. Progenies, ait, viperina! praeſcitis caeli faciem! tempeſtas, dicitis, imminet, et aduenict; neque emanebit! En Homines ventura praeſcire; patet. Nec mirum, ſi imago Dei cognoſcit ea; quum multa Animalia ſentiant futura. Ardea, rana, ſues, formicae, corui, hirundines praenuntiant imbrem; et impletur praeſagitio eorum. Nihil dicam de Inanimatis. Scintillâ in teſtis lucente, ſcintillat oleum; creſcen-

401 *populi*) Fortaſſe *populos*. *Populi exempla*, ſunt, a rebus communibus et popularibus ſumta.

402 *neſſe quod inſtat*) homines ſcire poſſe *futura*.

403 *natio viperea clamat*) Matth. 16, 2-4.

406 Is Verſus videtur abundare.

407 *Chriſti imago*) Homo, ad imaginem Dei et Chriſti conditus.

408 *Nimbum*) Retinui emendationem Riuini idoneam. In Sirmondi quidem et Lugdun. Editt. *Quum nos venturum moneant animalia multa. Venturum*, id eſt, *de venturo*, v. c. imbre, nimbo.

410 *iam*) Additum ſaltem vt expleat.

An Deus omnipotens poſſet neſcire latebras
Rupis, et ex foliis veſtis contexta caducis
Aſpectus obſtare Dei?

Tunc voce reatum,
Crimine femineo ſemet peccaſſe, fatetur.
Infelix coniux in coniuge facta redundat,
Et reus excuſat. Sed non purgandus agebat.
Et ſic participem propter ſolatia cladis
Conſcius adſciuit ſociam: ceu femina poſſit
Ad ſcelus horrendum vel ſaeua piacula mortis,
Supplicio ſociante duos releuare reatu.
Credidit infelix, ſed par ſententia damnat,
Quos par culpa tenet: gradus illic temporis inter-
Eſt tantum: nam cauſſa ligat communis vtrumque.

Exſurgit cenſura Dei pietate ſeuera,
Ac vitae mortiſque ſimul ſententia fertur.
Supplicium infelix, quo mors datur atque negatur,
Vltio vitalis cohibetur limite mortis.
Poena mori crudelis erat, ſed viuere peius.

Otia,

413-415 His verſibus tribus deſinunt ea, quae inceperunt verſu 380. Poſt quem ſequebantur exempla Προγνώσεως, tum inter homines, tum animalia, tum exanimata.

417 *in coniuge facta redundat*) in coniugem retorquet *factum*, et culpam peccati.

419 *propter ſolatia cladis*) Solamen miſeris, ſocios habuiſſe. — *conſcius adſciuit ſociam.* Lugdun. *ſocium.* quod non improbandum. Sirmondus autem, quem ſequitur Riuinus, malebat *ſocius.*

421 *Ad ſcelus*) In prioribus Editt. erat *At ſcelus* praecedente puncto. Nempe omiſſum fuerat penſum integrum a Verſu inde 363. Vt igitur connecterentur ſequentia, librarius incepit Periodum nouam. Sed patet ex Sirmondo et Lugdunenſi, delendum eſſe punctum, et connectendum cum Verſu 420 *ceu femina poſſit ad ſcelus horrendum.* —

ſcentibus fungis, ſit facula. Et Deum autem, omniſcium, neſcire cauernas ac ſpecus! aut velamen e foliis caducis impedire poſſe, quin Deus aliquid videat!

Poſt haec, Maritus fatetur culpam: ſed Vxoris culpâ, ait, peccaſſe. Culpam, in Coniugem tranſſert miſer, et, reus ipſe, expurgat ſe. Expurgare autem ſe non poterat. Vt ſolatium ſaltem haberet calamitatis, ſociam aſciuit. Quaſi vero ea poſſet de ſcelere ſtupendo, de crimine atroci ac mortifero, remittere, ſi culpa duorum coniungeretur. Credulus Ipſe fuerat, infelix. Qui pari autem in culpa, pari etiam in poena ſunt. Diſcrimen eſt ſaltem quoad tempus. Nam culpa eadem obligat ambos.

Inſurgebat animaduerſio acerba Dei ſancti: is vitae ac mortis ſimul decretum dabat. Infauſta poena, mors, indicebatur ſimul, et negabatur! Poena huius vitae, morte inhibebatur. Atrox erat

422 *releuare reatu*) mitigare culpam et poenam, aut ab vtraque liberare. Legendum ne *reatum?*

423 *Credidit infelix*) Eſt λιτότης, pro *male credulus.* Deo contumax credidit ſeminae.

424 *gradus temporis inter — Eſt tantum*) *Intereſt* diſſecatur pro licentia poëtarum. Apud Horat. *non purpura ve — nale, nec auro.* notum eſt.

428 *quo mors datur, atque negatur*) Sic melius editio Sirmondi et Lugdun. Nam in aliis libris ſenſus non patet ſatis: *mors de vtroque negatur.* Cruſius in Probabil. reponendum putat Verſu hoc et ſequenti: *quo mortem vtrique minatur. Vltio, vitae vis cohibetur limite mortis.*

429 *Vltio vitalis*) poena quae in hac vita infligitur.

430 *ſed viuere peius*) An peior?

Otia, delitias, perdunt; diſcuntque labores,
Qui cultore Deo fructum telluris habebant;
Agricola Dominus, quam nondum verterat vnquam;
Ipſe rigator erat, ſator, auctor, meſſor, arator.
Offendunt hunc ambo pium. Truduntur ab horto
Perpetui floris; non eſt ſub iure reorum.
Et vitae mors meta datur; cum fine malorum.
Magna Dei pietas, ſemper qui temperat iras!
Vita grauis hominum ſubducitur impete mortis.

Quae recidiua magis viuaci corde reſurgit.
Mors mundanorum requies eſt certa laborum;
Sed male viuenti praeſtatur fine ſalutis,
Continuans quodcunque nocet, prauumque bonumque.

Solus

432 *quam nondum verterat vnquam*) *quam tellurem* homo nunquam aratro ſubegerat. Verſum pro ſpurio habet Barthius, et, ſi abeſſet, difficultas etiam maneret nulla. Cruſius autem immutat *quum nondum verteret vrnam.* quae immutatio hic nequaquam obtinet.

434 *rigator*) vox etiam Tertulliani, et aliorum Eccleſiaſticorum. — *auctor*) adiutor, auxiliator. Et huc vſque Dracontius intelligitur. Sed Deum vocare in ſequentibus *meſſorem*, *aratorem*, tumidum eſt, et e longinquo arceſſitum, prope *μειρακιῶδες*.

435 *Offendunt hunc*) Rectius quam Lugd. *nunc.* — *ab horto perpetui floris*) Verſu 68. In Paradiſo *floret humus ſub vere perenni*. Indicatur magna amoenitas ex his deliciis.

439 *impete mortis*) *Impes* pro *impetus*. Onomaſt. vocum Lat. Graecar. a Bonau. Vulcanio editum in Gloſſariis Philoxeni et aliorum: *Impes, impetus, ῥύμη, βία.* Ablatiuus *impete* occurrit ſaepe apud Lucretium.

440 *Quae recidiua magis viuaci corde reſurgit*) *Recidiuum*, quod reuertitur. Si emanſerit aliquando, et de nouo recidimus

in

erat poena, mori; ſed atrocior, viuere. Amiſerant tranquillitatem, ac delicias: et moleſtiam laborum ſentiebant hi, qui perceperant fructus ex mundo, quem Deus ſubegerat. Deus coluerat agrum, a nullo antea cultum; humectauerat eum, ſeuerat, curauerat, meſſuerat, arauerat. Contra hunc clementem ambo obniſi fuerant. Eiiciuntur horto felici; qui non amplius ſubeſt arbitrio noxiorum; et irrogatur mors, finis vitae; finis quidem etiam miſeriarum! nam miſeratio Dei magna mitigat ſemper poenam; et miſeria vitae huius finitur cum morte.

[Si reſtituitur autem vita, miſeria grauior renaſcitur. Nam mors, eſt requies quidem miſeriarum huius vitae; ſed qui vixit male, ei infligitur cum fine ſalutis omnis, et continuat quicquid nocet,

in idem. Quidam legunt *rediuiua*, ſed, puto, non recte. Nam *rediuiua* ſunt, quae ex obſoletis in meliora reuocantur. Cruſius etiam vult *rediuiuâ*, et lineam emendat ſic: *Quae rediuiua manet, naſcendique orbe reſurgit.* Coniectura quidem non contemnenda. Quod ad hoc Penſum attinet, a Verſu 400 vſque ad Verſum 451, equidem arbitror ab Eugenio totum adiectum eſſe. Abeſſe autem omnino poterat, nec cohaeret cum ſuperioribus. Dracontii.

442 *praeſtatur fine ſalutis*) Mors datura eſt finem ſalutis. Barthius exponit *praeſtare* pro *beneficio afficere*, et *fine ſalutis*, propter ſalutem, ſalutis cauſſa. Mors, beneficii inſtar datur, vt quietis fiamus compotes. Haec tamen non eſt mens Noſtri. Sed illa: Qui male vixit, moritur cum fine ſalutis; i. e. abſque ſalute vnquam recuperanda; abſque liberatione ab infelicitate.

443 *quodcunque nocet, prauumque bonumque*) Malebam legere *prauumque malumque*, κακὸν καὶ πονηρόν. Riuinus tamen emendauit *continuans quodcunque necat.* Poſt *necem* hominis continuat bonis bonum, prauis prauum; vita aut felix aut infelix.

Solus in aeternum Deus eſt regnator et auctor,
Virtus vna Deus, trinus Deus, omnis et vnus:
De quo ſperatum conceditur omne benignum;
Et quaecunque iubet, praeſumtio nulla refellit;
Nec deeſt effectus faciendi tempore eodem.
Quem penes et ſenſus, primordia, multa loquuntur;
Et voce reticente ſonat ſuper aethera ſermo,
Ac mens pura Deum, potius quam lingua, precatur.
Ergo operis memor Ipſe ſui, tunc imperat ambos
Sedibus egreſſos, placido dominentur vt orbi,
Ac totum, quod mundus habet, ſub iure tenerent.
Et quod floret humus, viridis quod germinat herba,
Quod ſpicat meſſis, quod ramis parturit arbor,
Quod gemmant vites, quod amoena comantia frondent

Flumi-

444 *auctor*) H. l. renouator, reſtitutor.

445 *Virtus vna Deus*) Si legeretur *virtus Dei*, vſitata periphraſis eſſet ipſius *Dei*. Vt *virtus Catonis*, *virtus Herculis*, Cato, Hercules.

446 *De quo*) A quo. — *omne benignum*) omnis gratia et φιλαγαθία.

447 *praeſumtio nulla refellit*) Periculum non eſt quod eueniat alio modo. Sed quae iubet Deus, ea fiunt. Pſ. 33, 9.

448 *tempore eodem*) hoc ipſo quo iubet momento.

449 *quem penes et ſenſus, primordia*) Sententia fortaſſe eſt haec: In cuius poteſtate ſunt Senſus noſtri; Principia et elementa; Senſus etiam internus et κοινὸς νοῦς iudicium, memoria, facultates animi. Barthius emendat: *Quem meus et ſenſus, primordia muta, loquuntur*. Elementa *muta*, *loquuntur* Deum et celebrant. — *multa loquuntur*) infinita alia teſtantur in eius poteſtate eſſe.

450 *Et voce reticente ſonat ſuper aethera ſermo*) Sic habet Lugdun. Priores Editt. legebant: *Et ſermo retinente ſonat ſuper*

cet, malum, noxium. Deus enim eſt ſolus dominator aeternus, Deus vnus, et trinus, a quo omnis ſpes et bonitas. Is quod imperat, fit: non praeſumitur contrarium: nec deeſt ei poteſtas vno momento faciendi: eius in poteſtate ſunt ſenſus noſtri, principia prima, omnia alia: ſenſa ad eum noſtra, ſi vel nulla auditur vox; nam pia mens magis ad Deum clamat, quam vox.]

Deus igitur, non oblitus opificii ſui, vtroſque, Paradiſo quidem eiectos, iubet mundum moderari, et omnia mundi habere in poteſtate. Iubet terram florere, herbas germinare, frumenta flaueſcere, fructus ferre, vites gemmare, arbores frondere, et

per aethera voce. Senſus eſt: Et voce reticente, *ſonat,* id eſt *clamat,* ſuper aethera *pectus*, mens, animus. Cruſius coniicit *Et ſermo recinente velat ſuper aethera voce.*

451. *Ac mens*) Weitzius: *Hac mens.*

452 *operis memor ſui*) Verſu 312: *plaſmatis ſui.* In paraphraſi ſcripſi *liberorum ſuorum.* Nam Eua vocabatur verſu 261 *alumna Dei.*

453 *ſedibus egreſſos placido dominentur vt orbi*) imperat Deus. Anacoluthon ineſt hoc ſenſu: Tum iubet Deus, velint ambo, Paradiſo exire iuſſi, imperare placide in terris. Apud alios minus recte: *placido donentur vt orbi.* Orbis *placidus* pro orbe *placide* regendo, manſuete, comiter. Cruſius emendat: *patulo dominentur vt orbi.*

454 *ſub iure tenerent*) Haec vera eſt lectio. Non, *tenetur.*

456 *Quod ſpicat meſſis*) Quod ariſtae ſe acuunt ſpiculi in modum, quod flaueſcunt, et ſol maturat fruges ad meſſem. Occurrit iterum Verſu 469. — *ramis parturit*) Arbor excreſcit frondibus, floreſcit, fructus fert. Vide ſupra Verſum 52.

457 *gemmant vites*) Κυριολογία. Surculi vitium agunt gemmas, qui etiam *oculi* dicuntur. Gloſſar. vetus: ὀφθαλμὸς ἀμπέλου, *gemma.* — *amoena vernantia frondent flumina.* Metaphora

Flumina, quod mittunt fontes, quod fundit et aequor,
Quod pelagi trahit vnda, freti quod litora tundunt,
Murmure quod venti flantes vaga marmora criſpant,
Quod generant terrae, quod flumina, pontus, et aër
Vſibus humanis data ſunt; haec cuncta venirent.
Vt ſimilis, qui factus erat de puluere, Chriſto,
Is dominaretur cunctis ſub carne creatis,
Corpora corporibus ſeruirent cuncta ſubacta.

Spiritus interea ſeruit ſine corpore ventus.
Ventus agit nubes; in nubila craſſior aër
Cogitur; hinc imbres veniunt. placidoſque ſerenus
Ventus alit fructus; et ventus ſpicat ariſtas,
Ventilat aeſtiuo quas flatu mollior aura;

Deflo-

phora duriuſcula, ſenſu hoc: Segetes, in agris, quaſi criſpitis, amoene virent, et a ventis mouentur, *inſtar fluctuum. Fluctus*, *flumina* transferuntur ad motionem, quae fit in ſegete. Spicae camporum, a ventis agitatae, videntur habere imaginem maris fluctuantis. Niſi forte pro *flumina* legendum ſit *flamina*. Attamen et ſic Delio natatore opus!

458 *quod fundit et aequor*) Apud Sirmon. et in Lugdun. *quod fluctuat amnis*. Sed videtur a Dracontio eſſe quod in Textu legitur.

459 Sirmondus ita interpungit: *Quod pelagi trahit vnda freti, quod litora tundunt*.

460 *murmure quod* —) Venti exaeſtuant mare, et fremunt. Barth. in Aduerſ. 7, 20 legit: *venti flantes vagum in aethera* (vel *vaga in aëra*) *criſpant*.

461 *aër*) Editt. aliae, *aether*.

462 *venirent*) non *venire*. Connectitur cum Verſu 453 *dominentur vt orbi;* et cum Verſu 454. *ſub iure tenerent*. Itaque nunc hac linea: *vt haec cuncta venirent*, euenirent, itu et reditu ſuo alternarent.

463 *ut, qui*) Vt, qui ex terra et puluere factus erat, Chriſto ſimilis fieret, Filio hominis, qui dominaretur ſuper omnibus.

et quaſi fluctuum inſtar agitari. Iubet aquas e fontibus profluere, effundere ſe in mare ac pelagum, et ripas fluminum ferire. Iubet ventos agitari: et quae in terris, in fluuiis, mari, aëre, ad vſus hominum progenerentur, — ea omnia euenire. Vt homo terrenus, Chriſto ſimilis, dominaretur ſuper omnia hominibus data, et vt omnia ſeruirent hominum vtilitati.

Interea Ventus, ſpiritus ſine corpore, ſeruit: propellit nubes: cogit in nubilum vt pluat: caelo ſereno maturat fructus, et ſub aeſtatem aura leni ari-

bus. Alluditur ad duo loca. Ad Pſalmi 8 verſum 4, et ad 1 Cor. 15, 47. Pro Nominatiuo *qui*, legitur etiam *quo*.

464 *Is dominaretur*) ſcil. *homo*. Sirmond. *His dominaretur*, ſcil. *cunctis rebus*. — *ſub carne creatis*) hominibus etiam *carnalibus*; non eo quidem ſenſu, quo opponantur ſpiritualibus et caeleſtibus, ſed naturalibus et ψυχικοῖς. Verſu ſequenti *caro* vocatur *corpus*. Corpora corporibus ſeruirent. Homines inſeruire debent aliis.

466 *ſpiritus ſine corpore*) Dracontius addit *ſine corpore*, quia ſtatim corpora dixerat ſeruire corporibus. Videtur reſpexiſſe ad Geneſ. 1, 2. καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, et haec verba intellexiſſe de Vento, veluti Patres etiam non pauci. Sed abundauit ingenio. Ventus tum nondum extitit. Et interpretatio erat afferenda ex Pſalmo 33, 6.

467 Loca poëtarum adduxit Weitz. ad h. l. p. 144.

468 *placidosque ſerenus*) In Weitziana legitur *placidumque ſerenum*. ſequente Interpunctione maiori.

469 *alit*) facit creſcere. — *ſpicat ariſtas*) facit areſcere, acuit, maturat.

470 *quas*) ariſtas. Non, *quae*, ex veteri Edit.

Deflorat fructus; et decutit arbore flores;
Flatibus accendit flammas; et temperat aeſtus.
Flatibus alternis redeunt comitantia vitae,
Itque reditque ſuos repetendo ſpiritus hauſtus,
Et, duci vento, fibrae pulmonis anhelant.
Faucibus excurrens in naribus aura viciſſim
Vitales animat per membra tepentia ſenſus.
Atque modo gelidis, calidis nunc flatibus, ora
Illuſtrata vigent. Et tangunt flabra palatum.
Non haec humanis tantum ſpiramina membris
Sunt data, ſed cunctis animantibus aura recurrit.
Spiritus ille Dei, quo corpora cuncta mouentur,
Omnia complectens agitat, fouet, inſerit, vrget;
Vnde genus, diuerſa trahunt et ſemina rerum;
Mobilis immenſo veniens e fonte perenni.

Arti-

471 *deflorat fructus*) non *flactus*, vt in aliis libris: — *et decutit arbore flores*) Ventus excutit germinationem ex arboribus; facit quoque vt fructus creſcant. In aliis Editt. *atque excutit arbore flores.*

473 *comitantia vitae*) quae ad victum pertinent neceſſarium: quae ad vitam ſeruandam vtilia ſunt.

474 Per *hauſtus* intelligitur reſpiratio. Spiritum ducimus ope aëris.

475 *Et duci vento*) Et duce vento, ope aëris. Priores libri: *Et reduci vento.* Conſuetius, *reduce vento.* Sed proſodia hic non admittebat. *Ventus redux* in pulmone exprimitur apud Alcimum Auitum lib. I: *Accipiat reddens, reddat quas ſumſerit auras.*

477 *Vitales animat ſenſus*) Sirmond. et Lugdun. *recreat.* Sed melius *animat*: quod Riuinus etiam retinuit. — *per membra tepentia*) Si tepemus; ſi laſſi et ſegnes ſumus.

479 *ora illuſtrata vigent*) I. e. vultus fiunt ſereni et nitent. — *Et tangunt flabra palatum*) *Et*, id eſt, *denique.* Aër etiam facit vt lingua ſuaue afficiatur. Dracontius variis nomini-

ariſtas. Ventus diſiicit flores arborum: incendit ignem, et mitigat ardorem. Flatibus alternis reuertuntur imo pulmone vitalia, atque reſpiratio. Aër ex ore, aër in naribus, vitam reficit, et ſenſus delaſſatos. Iam ob frigidam auram, iam ob calidam, vigemus. Aër etiam palatum afficit. Et reſpiratio non ſaltem hominibus, ſed et omnibus animalibus data eſt.

Idem ſpiritus ſub dio, per quem omnia mouentur, penetrat, fouet, agitat, et impellit cuncta. Per eum, varii generis ſemina producuntur; et, ipſe mobilis, immobili venit a principio. Diſpoſita ſunt

minibus effert ventum, in hoc breui penſo. Vocat flabra, flamina, flatus, auram, ſpiramina, ſpiritum: amat repetitiones diuerſis vocabulis.

481 *aura recurrit*) Verſu 474. *itque reditque ſpiritus*.

482 *Spiritus ille Dei*) Continuat loqui de Vento, rebus humanis ſalubri, quem *Dei* ſpiritum vocat, quia in Hexaëmero creatus eſt. — *corpora cuncta*) res omnes. Denuo abundauit ingenio Barthius, ſi hunc locum de Deo explicat; veluti ſimile quid fecerat ad verſum 328. Aduerſarior. lib. 7, 20 ait: Si mihi detur concinnandi poteſtas, vt fuiſſe illa opinor Auctoris ſui aeuo, quem ſcio acute loquendi artificem fuiſſe, ita legerem: *Vnde genus diuerſa trahunt; et ſemina rerum Nubilia: Immenſo venit Ens e fonte: Perenni artificis* — Plaudant qui volent!

483 *Omnia complectens agitat*) *Omnia* ſunt h. l. *plurima*, *varia* in eo genere, de quo nempe ſermo eſt. *Alterley*. Intelligenda ſunt iuxta materiam ſubſtratam. Nam dicuntur quaedam abſolute, quae ſumenda ſunt πρός τι. — *agitat, fouet, inſerit, vrget*) Varii effectus venti indicantur.

485 *Mobilis*) Haec lectio Sirmondi et Edit. Lugdun. conuenit melius vento, quam vulgaris illa *Nobilis*. Barthius autem loco

Artificis formata manu, digeſta mouentur
Ordine cuncta ſuo. Manet irreuocabile munus.
Nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
Quis neget vndifluos procedere fontibus amnes,
Quorum iam reditus nunquam ſperauit origo?
Inceſſanter aquas licet euomat impete pleno,
Iacturam tamen vnda negat ſentire fluenti.
Omnibus hic mos eſt, de flammis tollere flammas,
Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena ſolent aliorum lucra parare:
His quaeſtus, non damna parant. In fomite flammis
Detractis auferte iubar, ſucciditur ignis:
Nec carnale genus minuit foetura creando.
Ecce dedit homini plus quam ſibi, rex Deus auctor:
Formatur virtute Dei mas vnus, et vna,
Et multos creat vnus homo, manſura propago
Maxima ſit generis, quam paruula fundit origo.
Parua

loco ſtatim adducto: *Nubilis*. *Nubilia* dicuntur, ita philoſophatur, quia vitae ex alto venientes, *nubunt* veluti, vt fiat viuum corpus, *coniugio membrorum* et vitae ſociatum.

487 *Manet irreuocabile munus*) Dona diuina ſunt ἀμεταμέλητα. Rom. 11, 29.

488 *Nec tamen intereunt pereuntia*) Videtur paradoxum eſſe, *pereuntia non interire*. Sed differunt. *Perire* leuius eſt, nec indicat rei finem in totum. *Interire* habet internecionem plenariam. Sic Plautus in Captiu. 3, 5, 32: Qui per virtutem perit, non pol interit! In Edit. Lugdun. vitioſe: *pareuntia — lege diurna*) more quotidiano.

489 *Quis neget*) Et verſu 493: *Omnibus hic mos eſt*) Vtraque dictio indicat *ſcimus, ſolemus*; aut, quia adducuntur exempla Παλιγγενεσίας, verti poteſt *exempli cauſſa*.

490 *quorum iam reditus nunquam ſperauit origo*) Alii legunt *ſperabit*. Prouerbium eſt apud Lucianum, ἄνω ποταμῶν. Fons dicitur *non ſperare*, aquas reditum iri. Nec magis concinne dicitur Verſu 492: *Vnda non ſentit iacturam*.

ſunt a creatore haec ſuo ordine. Et perſtabit conſtanter illud donum. Nam quae pereunt ſingulatim, non intereunt per totum. Fluuii, v. c.; hi aquas emittunt de iugi fonte: aquae recurrunt nunquam in caput: et, quamuis fons eiicit aquas indeſinenter, non illae tamen imminuuntur. Sic Ignis etiam; is aufertur de igne; nec attenuatur, etſi ſubtrahitur quicquam. Iacturae aliorum, aliorum ſunt lucra et quaeſtus, non damna. Si in fomite extinguitur lux et fulgor, ſuccumbit ignis. Sed foetus animalium et hominum non imminuit creaturas.

Creator et rector Deus, en homini tribuit plus, quam ſibi. Producitur Dei potentiâ Vir ſaltem vnus, Femina vna; ſed vnus autem homo producit multos; initium paruum, producit progeniem!

491 Ita eſt legendum et interpungendum. Weitzii et Riuini Editt. *Quos inceſſanter licet euomit impete pleno.* Male ponitur Punctum in fine huius lineae; nam proxima linea iungitur plane cum hac.

493 *flammas*) Alii: *flammam.*

496 *His quaeſtus, non damna*) Editt. aliae: *Hic quaeſtus.* Cruſius vult: *His quaeſtus, nunc damna.*

497 *ſucciditur*) Sic recte in Lugdun. In aliis, *ſuccenditur.* Sed nullo modo ſuccenditur ignis, ſi fomes et ſcintillae extinctae ſunt; verum *ſucciditur.*

498 *foetura*) foetus, prouentus; nempe animalium, rerum animatarum, immo hominum. Aliae Editt. habent *factura,* *ποίημα*, vox ſcriptoribus huius aetatis haut inuſitata. — *non minuit carnale genus*) creaturas: conſeruat ſed potius, immo auget.

302 *quam paruula*) In prioribus libris: *quis paruula*, id eſt *queis, quibus paruula.* Sed melius in Lugdun. *quam.*

Parua Deo fuerat ſuccedere cura peremtis,
Ni conſumta daret poſt ſaecla reſurgere vitae!
Sed, ne ſit fixum, reditus non eſſe ſepultis
Cordibus illorum qui legis ſancta profanant;
Annua conſpiciunt agris frumenta renaſci
Mortua per ſulcos terram findentis aratri:
Maior et ex trunci ſurgit radicibus arbor:
Et foliis veſtita viret redeuntibus annis.
Pampinus uvifera vitis ſarmenta reueſtit,
Et geminata ſui redeunt virgulta ruboris.
Ambroſio reduces rumpuntur cortice fructus.
Et cui vita fugax, et par cum flore ſenectus,
Fit rediuiua virens et crinibus herba renatis.
Ligna renaſcuntur reduci ſub germine cuncta:
Quae nunc herba fuit, lignum iacet, herba futura.

Squameus exuitur ſtellato tegmine ſerpens,
Pelle renaſcenti, rurſus redeunte iuuenta,

Reptat

503 Sic habet Lugdun. quam iuuat ſequi. Nam Weitzii illa et aliorum intelligitur non ſatis.

504 Ni) Priores Editt. *ne*, quae particula quidem ponitur etiam nonnunquam pro *ni*, *niſi*. vt apud Horat. Sat. 2, 4, 36. *ne prius* — i. e. *niſi prius*.

505 *ne ſit fixum, reditus non eſſe*) Senſus videtur eſſe: Vt certum ſit, reditum eſſe. — *ſepultis cordibus*) hominibus mortuis, et iis ſepultis. *Cor* ponitur pro homine. Ab hoc inde Verſu, vſque ad illum 563, exempla afferuntur, quod in rerum natura, quae ad tempus *pereunt*, non *intereunt* tamen per totum, vt dicitur Verſ. 488, ſed reſurgunt et innouantur.

507 *conſpiciunt*) Non in Coniunctiuo, *conſpiciant*. Idem eſt quod *oſtendunt*, *declarant*.

509 *ex trunci radicibus*) Lugdun. *ex truncis radic.* i. e. *truncatis*.

511. 512 Senſus horum Verſuum eo redit. Ramus vitis denuo reuireſcit, et uvas fert: ac ſarmenta vitium renaſcuntur,

immo

em maximam. Paruum fuiſſet Deo, mortuorum in locum, alios ſurrogare; ſed voluit, ſaeculis finitis, reuocare mortuos in vitam. Vt certum ſit autem, homines, diuinam legem transgreſſos, et propterea mortuos, in vitam denuo reuocandos eſſe, praemonſtrare poſſunt ſequentia haec: Renaſcuntur fruges annuatim, mortuae intra ſulcos aratae terrae. Ex radice trunci renaſcitur arbor, et amicitur poſt aliquot annos virentibus foliis. Sarmenta induunt de nouo palmites, et creſcunt vites rubeis uvis. Franguntur denuo fructus corticei dulces. Herbae caducae, iam florentes, et ſtatim ſeneſcentes, renouantur et virent, earumque comae ac frondes renaſcuntur. Renaſcuntur ligna, atque germina reſurgunt; et quae nunc herbae fuerant, fiunt ligna, et rurſus herbae.

Serpens exuuias deſtringit ſquameas ac maculoſas, et noua cum pelle redit ad iuuentutem, continuat

immo duplo ſubinde plura et *geminata;* vinumque rubrum dant. Riuinus legit *gemmata virgulta*, quia verſu 457 occurreret verbum hoc, valdeque defendit. Nihilominus Lugdunenſis editor ſeruauit *geminata.*

513 *reduces fructus*) qui de nouo producuntur, et, vt ſupra dicebatur, *redeunt* ac reſurgunt. Verſu 516. *reduci ſub germine.*

514 *par cum flore ſenectus*) Weitzius voc. *ſenectus* loca collegit de floris et herbae ſeneſta. Si exareſcunt et vigorem exuunt, dicuntur etiam *aegrotare*, denique *mori.*

515 *et crinibus renatis*) Crines herbarum renaſcentes ſunt terra herbis de nouo florens. *Comans humus, agri criniti,* Dracontii phraſes ſunt, de quibus Gloſſarium Weitzii.

518 *Squameus exuitur*) Vide ad Verſ. 159. *Angues*, vere, interdum etiam autumno, ponunt veterem pellem, a Graecis λεβηρὶς et σύφαρ nuncupatam. Weitzius multa erudita attulit p. 147. quibus addo Tibullum, 1, 4, 31. *ſerpens nouus exuit annos.* — *ſtellato tegmine*) *Stellatum*, caeli quidem

Reptat hians anguis, per ſibila guttura pandens.
Frontibus arboreis amittunt cornua cerui:
Anguibus abſumtis ſed mox palmata reſurgunt.
Aëriae nudantur aues; quum penna vetuſta,
Et noua ſubueſtit reparatas pluma volucres.
Mortua praeterea caecorum lumina dudum
Nube tenebrarum diſcuſſa, luce recepta,
Ad viſus rediere ſuos, vultuſque ſepulti
Nocturnos perpeſſa dies oculatur imago.
Mortua pars hominis quoties pars vna iacebat,
Funera viua gerens, viuax in morte cadauer,
Ac ſine morte tamen, vitali morte peremta;
Et rediuiua ſalus reduci per membra vapore
Naſcitur, et calidus repetit vitalia ſenſus
Oſſa tenens, venaſque ciens, ſudanſque medullas.
Phoenici exhauſtam renouat Deus igne iuuentam
Com-

dem epitheton, ad animalia tamen etiam transfertur, maculis interſtincta, veluti *ſtelliones* in dorſo nitent punctis et maculis, quarum nonnullae *ſtellarum* ſpeciem induunt. In hoc loco Dracontii *ſtellatum* ſerpenti datur, quam vocem optime explicauit Riuinus. Apud Plinium ſalamandra nominatur *animal ſtellatum* in H. N. 10, 67.

520 *per ſibila guttura pandens*) ore aperto ſibilans. Omiſi hoc in Paraphraſi.

521 *Frontibus arboreis*) Rami ceruorum arboribus videntur ſimiles. Virgil. Aen. 1, 194. *cornua arborea ceruorum*. Aenigma Graecorum eſt de re difficili: ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. Eraſm. Chil. 2. Cent, 5, 71.

522 *Anguibus abſumtis*) Leg. Iſidori Orig. 12, 1. ex quo Weitz. p. 149. — *palmata*) Vid. ad. Verſ. 159.

523 *nudantur aues*) Veſtes auium, plumae ſunt; quas ſi amittunt, *nudari* dicuntur. Gloſſar. Weitzii habet lectu non indigna in *veſtire*. — *quum penna vetuſta*) ſi pennae veteraſcunt; pennis ſeneſcentibus.

524 *reparatas volucres*) Aues quibus pennae creſcunt iterum.

tinuat repere et ſibilare. Cerui abiiciunt cornua, 520
arboribus paria, et paſti ſerpente recuperant alia,
et ipſa conſpicua. Exuunt plumas veteratas aëriae
volucres, et accipiunt nouas. Oculi diu coeci, diſ- 525
pulſis tenebris, viſum recuperant, et qui habue-
runt in die noctem, recipiunt lumen. Saepe vna
hominis pars mortua, cadauer viuum, iacuit abſ- 530
que morte, viua quaſi morte; ſed reuocatur ad vi-
tam et ſanitatem, ſi calor redit in membra, oſſa,
venas et medullas irrigans. Inſtaurat Phoenici Deus 535
iuuen-

527. 528 Metaphorae huius penſi redeunt huc: *Oculi caecorum poſſunt viſum recipere.* Nimirum *vultus ſepultus* ſunt oculi occoecati. Quinctilian. Inſtit. Or. 11, 3. vultum retulit quoque ad oculos et ſupercilia, *quia in vultu plurimum valent oculi.* Hi oculi, *nocturnos dies perpeſſi*) *noctes* perpeſſi, etſi *dies* eſt. Verſus 525 habet *lumina mortua*, viſu deſtituta. Atque hi illi coeci *oculantur*) vſum videndi ac viſum poſſunt recipere. Verſu anteced. *Ad viſus rediere ſuos*) Redire *poſſunt* ad viſus ſuos; quidam etiam *redierunt*.

529 Protaſis claudit verſum 531; Apodoſis, verſum 534. — *Pars hominis iacebat*) aegrotabat, prope mortua erat. Homo viuebat ille quidem, ſed erat vitae neſcius ſuae; viuum cadauer; funus viuum; *viua quaſi* ſi licet ſic dicere *mors; mors vitalis.*

532 *rediuiua ſalus*) Vid. Verſ. 549. — *vapore*) calore, aeſtu. Horat. Epod. 3, 15. *Nec tantus vnquam ſiderum inſedit vapor ſiticuloſae Appuliae*, id eſt, nec tantus aeſtus inuaſit aridam Apuliam.

534 *ſudansque medullas*) ſudore perfundens, madefaciens et et quaſi irrigans intima.

535 *Phoenici exhauſtam — iuuentam*) Sirmondus et Lugdun. legit in Genitiuo, *Phoenicis.* Ita vero media ſyllaba corriperetur, quod ſine exemplo eſt. In aliis libris: Phoenici *exactam — iuuentam.* De Phoenice, et illius ex igne reditu in vitam, extat Lactantii carmen eruditum; et multa loca exterorum et Chriſtianorum dedit Ioh. Phil. Pfeiffer in Diſſ. de hac ave p. 30, qui nec omiſit Dracontium. Sed ibi bis errauit. Nam *et* incertae aetatis ſcriptorem putauit

 eum;

Combuſtuſque ſenex tumulo procedit adultus,
Conſumens dat membra rogus, ſine ſorte ſepulcri.
Ignibus extinctis, iam mortua flamma reſurgit,
Redditur ignis edax, rediuiuo lumine candens;
Et ſcintilla volans incendia vaſta reducit;
Et quod fumus erat, ſtridet iubar ignis anheli.
Igne vago rutilatur apex, fax cetera lambit,
Et caelum repetens erecto crine vagatur.

Mortua nox ſub luce cadit, perit aurea luna,
Atque per aſcenſus et cornua colligit ignes,
Et dum caeca latet, reparato lumine fulget,
Mentiturque diem lux frigida, ſolis imago.
Lucifero redeunte polo moriuntur et aſtra.
Nuncius aurorae, ſubductus morte diurna,
Lucifer, extinctas reficit per ſidera flammas;
Exhinc nocturnum iubar emicat igne coruſco.

Roſci-

eum; *et* porro autumauit agi de Phoenice, vſque ad Verſum 543. quod non ita eſt. Sed ſaltem agitur de ea, vſque ad Verſ. 537.

536 *tumulo*) Ponitur h. l. pro *buſto*. --- *adultus*) adoleſcens.

537 *ſine ſorte ſepulcri*) ſine eo quod Phoenix antea ſepeliretur. Nam, certe Aegyptii ſacerdotes, Phoenicem ſepulturae mandabant. Horapoll. Hierogl. 2, 57. Οἱ δὲ ἱερεῖς τῆς Αἰγύπτε τῦτον τὸν ἀποθανόντα Φοίνικα θάπτεσι.

538 *Ignibus extinctis*) Sequitur nouum exemplum Παλιγγενεσίας. Flamma mortua poteſt reſpirare.

540 *Et ſcintilla volans*) Sic Lugdun. non, *vorax*.

541 *ſtridet iubar ignis anheli*) Ardet incendium, quauis flamma fulgentius.

542 *Igne vago*) Dracontius loquitur de Cometa. *Ignis vagus* eſt meteoron, vt *ſtellarum* ſunt *traiectiones*, quomodo ait Cicero de Diuin. 2, 6. Quae ſi apparent; primum, *rutilatur apex*) *rutilat*. Vertex Cometae accipit colorem ruſum. *Fax cetera lambit*) Cometa ipſe totus induit eundem colo-

iuuentam nouam, et crematus ſenex prodit e buſto adoleſcens; reſtituit rogus conſumens membra non ſepulti. Ex ignibus deletis denuo ſuſcitatur flamma, et reſtauratur incendium nouum furibundum. Scintilla vagans reſtaurat magna incendia; et in fumo oritur deflagratio cum ſtridore. In planeta fit facis cacumen rutilum, rubor occupat totam facem, et crinis erectus caelum repetit.

Nox occidit, illuceſcit, et abiit luna pulchra. Lunae cornua creſcunt, et augetur illius lumen. Si occultata fuit noctu, incipit reſtaurari; non diſſimile diei, lucente ſole! Si moriuntur ſtellae, reſurgit dies ſerena. Phoſphorus, aurorae nuntius, mortuus die eſt: reducuntur ſtellae, quae non appa-

colorem. *Lambere*, de fluuiis quidem, ſed et de *flammis* dicitur. Tandem, *erecto crine vagatur*) denuo caelum repetit.

544 *ſub luce*) Moritur nox, et reſurgit dies. Verſu 1.

545 *per aſcenſus et cornua*) Poſt interlunium, gibboſa fit luna: aſcendit ſenſim et cornua acquirit: donec plena euadit.

546 *dum tecta latet*) tempore interlunio. Weſtzii et Riuini Editt. non recte in Plurali, *latent*. Sequitur enim in Singulari *fulget*, *mentitur*. — *reparato lumine*) In intermenſtruo, tempore quo nondum noua apparet luna.

547 *mentitur diem lux frigida, Solis imago*) Luna, in nocte, Solem ſimulat, et refert quaſi imaginem Diei, ac ſi et ipſa Diem produceret aliquem.

548 *Lucifero redeunte polo*) ſi rediit dies lucem ferens. Latini dicunt *ſol lucifer*. Dies, *iubar luciferum*.

551 *nocturnum iubar*) Non, *nocturnis iubar*. Intelligitur *Heſperus*. *Qui* quidem, ac *Phoſphorus*, ſtella vna et eadem eſt, diſcrimine ſaltem hoc, vt ait Cicero de N. D. 2, 20. *Stella Veneris, Lucifer dicitur quum antegreditur Solem; quum ſubſequitur autem, Heſperus.*

Roſcida puniceum ſpargens aurora ruborem,
Ducit vbique diem, periturum noctis ab vmbris,
Et tamen haec de ſole perit, quo miſſa rubebat.
Sol, oculus caeli, famulus ſuper aſtra Tonantis,
Cuius ab immenſis langueſcunt ſidera flammis,
Ni gelidis animentur aquis per caerula ponti:
Occidit ipſe dies ſuper aequora ſole cadente:
Ex quo conuerſus, nouus aequore mane reſurgit,
Veſpere nocturno hunc radiata luce rubentem
Purpureis abſcondit aquis, redditque diurne
Depoſitum natura ſuum ſub nocte ſepultum,
Mane reſurgentem de fluctibus orbe recepto.
Tot ſimul exemplis moniti, defuncta renaſci
Credamus virtute Dei, qua cuncta creauit,
Et generata vigent ſub nutritore Tonante.
Qui quum regna poli teneat ſtellantis et alti,

Aëra

552 *Roſcida aurora*) Occurrit apud Silium 15, 439. Si ros decidit tempore matutino. Occurrit etiam apud Prudentium Cathemer. Hymn. 1, 22.

554 *de ſole perit*) Sic habet Lugdun. Et recte, quia Verſu praecedente dies dicitur *periturus eſſe* a nocte. Reliquae Editt. legunt non commode, *de ſole petit.*

555 *Sol, famulus Tonantis*) Alludi videtur ad proprietatem linguae Orientalis, in qua Sol a *miniſtrando* ſeu *famulando* dicitur שֶׁמֶשׁ, quaſi *Dei miniſter* in natura. Riuinus attulit locum Euripidis apud Euſeb. Praep. *ἥλιος μὲν ἀκτῖνι.*

556 *Cuius ab immenſis langueſcunt ſidera flammis*) Editt. Sirmondi et Lugdun. ita. Nam priores habent: *Cuius ab aſpectu langueſcunt ſidera caeli.* Stellae dicuntur *langueſcere*, ſi cum Sole, immenſum fulgidiore, comparantur, aegrotant quaſi, et palleſcunt.

557 *Ni gelidis animentur aquis*) Niſi vigorem et ſplendorem conſeruent ſuum in aquis gelidis Oceani. Pertinet inter philoſophorum veterum hypotheſes ineptas.

559 *Ex quo conuerſus*) reuerſus. Lugd. *Et quo demerſus.*

paruerant: iam Heſperus lucet. Aurora roſcida diem praenuntiat, periturum quidem et ipſum noctu, etſi quoque aurora pereat per ſolem, a quo praemittebatur. Sol oculus mundi eſt, ſeruus Dei ſupremi, prae quo ſidera languent, vires autem recipiunt in aequore. Dies moritur ipſe, ſi cadit in mare ſol. Ex mari autem reſurgit mane, et nox abſcondit ſe aquis; natura reſtituit fidei commiſſum ſuum, noctu abſconditum, ſolem, mane redeuntem ex mari, ſuo more.

Tot exemplis edocti, confidamus, mortuos reuocari in vitam, potentiâ eadem Dei, qua ſunt omnia creata, et omnia conſeruantur a potentiſſimo. Is in alto, ac ſideribus micante caelo, ſuſtentat

560 *Veſpere nocturno*) veſpere ſero. — *hunc*) Solem. Quae melior eſt lectio quam *hac*. *Hac luce radiata*.

561 *purpureis aquis*) *Purpureum* poëtis eſt pulchrum cuiuscunque demum coloris. Horatius *olores* adeo vocat *purpureos*, 4. Od. 1, 10. Et Pedo Albinouan. Eleg. 2, 60. *niuem purpuream*. — *redditque diurne*) id eſt, *diei*. Non legendum *diurnae*, etſi poſſet intelligi *luci*.

563 *mane reſurgentem*) Solem. Solem, quum veſpere occidit, mane reuerſum, Dracontius vocat *naturae depoſitum*. — *orbe recepto*) vt factum eſt ab orbe inde condito, et vt requirit *Orbis* ſignifer, Zodiacus. Riuinus tamen vult legendum eſſe *de fluctibus orbe reducit*.

564 *ſimul*) abundat. — *tot exemplis*.) A Verſu inde 505 allatis, vſque huc.

566 *ſub nutritore Tonante*) Vox parum obuia, *nutritor*: apud Statium tamen occurrit.

567 *poli ſtellantis et alti*) Ita Sirmondus et Lugdun. In aliis legitur *poli ſtellantis et aptum Aëra*. Quod *aptum* Weitzius pro *contiguo*, *connexo* habet; quaſi *aëra aptum concludere*

ſit

Aëra concludit, terram leuat, aequora ſoluit,
Et totum capit vna manus quod ſermo creauit.
Vnus vbique Deus, dum iuſſu rumperet ima,
Qui tantum pius eſt, quantum decet omnipotentem,
Et nulla virtute minor, niſi verberis ira;
Sed votis et ſponte bonus pietate et amore.
Quem mens pura iuuat hominum, non victima ſupplex,
Vt ſe poeniteant ſceleris mala vota reorum,
Et noua ſuccedant animorum corda piorum.
Ille etenim Deus eſt, quem nulla retardat origo,
Cuius ab aſpectu montes et ſaxa fluiſcunt
In cineres: et puluis erit, quem dura ligabant.
Qui viſa tellure, ſimul mox pondera mundi
Concutit, et ſubito monſtrat vaga terra tremorem,
Ac formidatos oſtendit pendula motus.
Alueus expauit violato vertice turgens,

Dum

ſit *caelum compactum circumcludere.* Sed inſiſtere malui editioni Lugdun.

568 *concludit*) circumcludit, cingit. — *terram leuat*) opem terrae fert. — *aequora ſoluit*) facit vt aequor continuo ſit fluidum.

570 *dum iuſſu rumperet ima*) Immutatum eſt in Sirmondi et Lugd. Edit. *dum iuſſio rumperet vna.* Praefero tamen lectionem priorem. In Cantico τῆς Θεοτόκου· Καὶ ὕψωσε ταπεινούς, ad quem locum Dracontius reſpicit.

572 *niſi verberis ira*) Niſi ſupplicio et poena. *Iraſci* et *punire* vocat Noſter *vim*, et *robur*, quod Deus pro minima ſua virtute habet. Lento gradu procedit ad vindictam ſui diuina ira. Cruſius putat inepte ſic dici a Noſtro, et emendat *niſi verteris ira.*

573 *ſed votis et ſponte bonus*) Id eſt. Sed tum propter preces noſtras, tum naturâ ſuâ bonus. Pro *votis* legunt quidam *totus. Sed totus eſt ſponte bonus.*

574 *mens pura — non victima*) Hoſ. 6, 6. Matth. 9, 13.

tat aërem et terram, conſeruat mare fluidum, et mundum Verbo creatum ſuſtinet potenter. quaſi manu vna. Vnus ille, infima inuertit vno verbo; gratioſus tantopere, quantum conuenit Maximo; nec minor vi vlla, niſi ea, qua punit. Vltro et ſponte bonus, miſericors, clemens. Mauult animum probum, non hoſtiam ſupplicis. Iubet noxios dolere de male factis, et nouum ac bonum induere animum. Abſque initio eſt Deus; ad cuius conſpectum labuntur ſaxa ac rupes in cinerem, et diſpergitur puluere, quod erat ferreum. Is, ſimul vult, mouet mundum, et confeſtim trepidat immanis terra, et illius libramen cum terrore concutitur. Turgebat alueus ac tremebat, quum mare

575 Conſtructio videtur haec: *Vt mala vota reorum poeniteant ſceleris. Mala vota* inuſitate ponuntur pro: mala mens, malus animus, cogitata, deſideria praua. Sed, num quaeſo liceat immutare: *Vt ſe poeniteat ſceleris mala vita reorum?* Abundat *ſe*.

576 *corda*) Sic Lugdun. Riuinus repetit *vota*, forte rectius. Reliqui libri legunt *voce*.

577 *quem nulla retardat origo*) Cui nihil obſtat quod exiſtit. Qui ſemper fuit et erit.

578 *Cuius ab aſpectu*) Qui ſi vult ſe manifeſtare, omnia labuntur in cinerem. — *Fluiſcere* verbum Dracontii, et Latinitatis non bonae eſt. Alii, non quidem et ipſi eleganter, dicunt *in cineres fluere;* vt Güntherus in Ligurino, Praef. l. 10. *Vrbs fluit in cinerem.* Et l. 10, 470: *in cineres collapſa fluunt.*

579 *quem dura ligabant*) quem puluerem, ſiue quam rem quae nunc puluis eſt, olim durities lapideſcebat. Aliae editiones: *quod dura ligabant.*

580 Conf. Pſ. 18, 8. 77, 19.

581 *monſtrat terra tremorem*) Monſtrare tremorem; terrore concuti. — *pendula*) terra ita ſuſpenſa, vt omni parte aequaliter moueatur.

Dum reduces ſentiret aquas, et ſiſteret amnem
Viſa Dei facies, et marmora glauca fugaret
Gurgitis aequorei, quo mundus cingitur omnis,
Et pelago ſpatiante fretis ac litoris aeſtu.
Qui de theſauris ventorum flamina mittit;
Et frenat rabidas in tempeſtate procellas.
Grandinis atque niuis qui nouit quae ſit origo;
Qui dat fulmineos colliſis nubibus ignes;
Qui laxas abſcondit aquas, et continet imbres;
Qui ſcit, quo nitidus cryſtallus ventre creatur;
Candida materies glacies imitatur aquarum.
Qui noctes hiemis produxit ſole minore,
Et ſolis protendit iter flammantibus horis:

Qui

584 *Dum reduces ſentiret aquas*) Reſpicitur ad diuiſionem aquarum in mari Erythraeo, quum fluctus dextra et ſiniſtra refluerent in Aegyptios, et obruerent exercitum Pharaonis, vt in aquis exſtinguerentur. Exod. 14, 26 ſq. Add. Pſ. 77, 16-22.

586 *quo mundus cingitur omnis*) Haec non debuerant addi. nam Scriptor loqui non vult de illa opinione Eratoſthenis, Orphei, et aliorum, quod Oceanus totam terram ſuo ambitu, veluti circulo, includeret, vt Weitzius explicauit v. *cingitur*; Sed Dracontius loquitur de mari non magno, rubro, in confiniis Aegypti et Arabiae.

587 *pelago ſpatiante*) mari late vagante, et ſe diffundente in fretis ac litoribus.

588 *qui de theſauris*) Dracontius ſequitur Vulgatam Pſ. 134, 7. Vulgata autem τοὺς LXX: *ἐξάγει ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.* Nam in Textu legitur: *qui educit ventos ex cauernis ſuis,* מאוצרותיו. Intelliguntur *antra ſubterranea,* vt recte Lutherus. Veteres putabant, ventos in cauernis incluſos eſſe; tanquam Virgilius fabulatur de Aeolo, qui ventos, in vaſto antro luctantes, clauſos cohibet, furibundosque emittit, prouti volupe fuerit. Verti poteſt verbum Hebraeum, quod occurrit etiam apud Ieremiam, 10, 13. *ab omni plaga terrarum orbis.* — Ibidem; *ventorum flamina*) Edit.

re refflueret; quum fugaret profundum aequor, quo mundus ambitur, et pelagus ſe expandit ad freta et litora. Is educit ventos e cauernis, et cohibet turbines, ac maris impetus. Is ſcit imbrorum ac niuium ortum: is nubes et fulgura confringit: exſiccat immenſas aquas, et inhibet procellas: ſcit, quibus in terris generentur cryſtalli, ſimiles aquae glaciatae.

Is hieme prolongat noctes, et dies facit breuiores. Is curſum Solis extendit aeſtate: declinationes

Edit. Lugd. habet *flumina*. Nam amat Dracontius talem translationem. vt dictum fuit ad Verſum 457.

589 *rabidas procellas*) *Rabies Noti*, apud Horat. 1, Od. 3, 14. Priores Editt. habent *rapidas procellas*, ſiue *violentas*. Nam confunduntur haec duo a librariis. Prius tamen in h. l. Dracontii melius ſcribitur cum Edit. Lugdun.

592 *et continet imbres*) furorem imbrium cohibet et refringit.

593 *quo ventre nitidus cryſtallus*) quibus venis eruatur cryſtallus, margarita, vnio elegans.

594 *imitatur aquarum*) Sic Lugdun. praeeunte Sirmondo. Nam lectio *imitatur hibernas* contra proſodiam eſt; prima ſyllaba in *hibernas* producitur. Emendauerat non inepte Barthius: *glacies imitatur liberas*. Et fortaſſe Dracontius, Hiſpanus, videtur ſcripſiſſe ita.

595 *ſole minore*) die breuiori. Sequenti linea: *Et ſolis protendit iter*) i. e. aeſtate. Diebus creſcentibus, et noctibus decurtatis. Deſcriptio redeuntis verno tempore caloris. Conf. Barth. ad Statii Theb. 5, 460. vbi etiam hic locus Dracontii adductus. Latini dicunt *ſoles arcti*, ſi hiems eſt; *ſoles longi*, tempore aeſtatis. — Pro *flammantibus horis* Lucanus Pharſal. 1, 16. ait *flagrantibus horis*. Noſter enim imitatur Lucanum, tum in phraſibus, tum eo, quod ſimile bis dicit aliis verbis.

Qui Phoebi ſaltus ſtatuit, lunaeque labores;
Qui roſulis ſtellare nemus, vel floribus agros
Imperat autumni; qui dulcia poma ſaporat;
Et fragiles gemmis variat in vitibus uvas,
Vt cibus et potus ſint vbera dulcia muſti.
Qui dat coruorum pullis alimenta, facitque
Nouerit vt vultur qua ſit regione cadauer,
Dux odor vſque ſagax, quem mox inuitat ad eſcam.
Praepetis aut aquilae ſenio renouare iuuentam,
Qua roſtro creſcente famem tolerabat obunco.
Qui paſcit quaecunque creat pietate parentis.
Vitae certa ſalus per mille pericula mortis.
Debilibus virtus; opulentia maior egenis;
Auxilium miſeris; ſpes et defenſio preſſis;
Feſſorum virtus; dans nutrimenta ſalutis.
Qui facit, aeternam vt mortalia lege latenti
Mem-

597 *Phoebi ſaltus*) Num Auctor intellexit *Solis defectiones*, quia adiecit *labores Lunae?* Quare autem dicat *ſaltus*, non capio ſatis. Weitzius p. 156. interpretatur declinationem Solis a partibus auſtralibus ad ſeptentrionales, et viciſſim ab iiſdem recurſum ad iſtas; quod approbat Riuinus. Baſilius M. Hexaëmer. Homil. 6. ait: Τȣ̃ ἡλίȣ πάλιν ἀπὸ τῶν προσαρκτίων ἐπὶ τὰ νοτία ὑποςρέφοντος, atque hanc ipſam *reflexionem* et ὑποςροφὴν videtur *ſaltum* appellare.

598 *qui roſulis ſtellare nemus*) Ita Lugdun. et recte vt videtur. In aliis libris: *qui roſeis ſtell. nem.*, nempe floribus, imperat. Melius etiam interpungitur in Lugdun. ita, vt in Textu. Nam in reliquis habetur ſic: *Qui roſeis ſtellare nemus, vel floribus agros Imperat; autumni qui dulcia — — Stellare*, quaſi ſtellis micare, de quo dixi ad Verſum 518, hoc loco adhibetur de *floribus*.

599 *poma ſaporat*) ſaporem indit. Verbum eſt ipſius Virgilii.

600 Edit. Lugdun. legit denuo vt in Textu. Aliae habent: *Et fragiles hiemis variat. Et cibus et potus ſint — —* Nollem legere *hiemis*, ne quatuor anni tempora nominatim adducantur, quod non adeo gratum eſt. Sed legendum *gemmis*,

tiones Solis, et eclipſes Lunae fixit: nemora et agros, in autumno, roſis ac floribus diſtinguit, tanquam ſtellis. Is pomis ſaporem dulcem dat; et in vitibus colorat uvas, vt cibus ac potus dulcis ſit. Is coruis eſcam, vulturi dat odorem in qua plaga cadaver iaceat, et odor eum ad eſcam ducit. Ipſe dat aquilae, ob incuruatum roſtrum eſurienti, iuuentam in ſenio innouari. Amore paterno alit quod creauit: vitam et ſanitatem praebet inter multa mortis diſcrimina. Infirmis robur, pauperrimis abundantia; ſolamen, tutela, deſiderium afflictis; languentium vigor; dator ac nutritor proſperitatis. Is efficit, vt in corpore mortali, animus immortalis,

mis, oculis in vitibus, vt verſu 457. Nollem vero etiam cum eadem Lugdun. *et cibus et potus ſint.* Sed requiritur. *Vt cibus et potus ſint.* — *vbera dulcia muſti*) fertilitas et abundantia vini dulcis.

602 *coruorum pullis*) Iobi 39, 3. Pſ. 147, 9.

603 *nouerit vt vultur, qua ſit reg. cadauer*) Veteres ſi ſymbolo quodam volebant repraeſentare τὴν πρόγνωσιν, pingebant *vulturem*, quia is praeſagit odore. Horapollo in Hierogl. 1, 11. p. 17 Hoeſch.

604 *Dux odor vſque ſagax, quem mox*) Haec lectio melior eſt, illa: *Dux rectorque ſagax.* Vt enim canes odore ſagaces ſunt, ſic et vultures. Pro vocula *mox*, Cruſius coniicit *faux.* — *vſque*) aut indicat *perpetuo*, aut eſt ſaltem expletiua.

605 *Praepetis aut aquilae*) *Praepetes*, promiſcue *aues* ſunt, praecipue altiuolantes, aquilae, vultures. Pleraeque Editt. addunt *praecipit.* Hoc verbum ſubintelligendum eſt quidem, ſed in antecedenti iam adfuit *imperat*, *dat;* nec erat ſaepius repetendum tale quid.

606 *roſtro obunco*) incuruo, valde adunco.

607 *quaecunque*) Alii libri: *quodcunque.*

612 *lege latenti*) Poſſunt ſane non leuia excipi contra *modos* illos *tres*, quibus philoſophantur Corpus cum Animo conſpirare. Recteque Dracontius, illud ignorari.

Membra tegant animam, vento ſpirante loquaci.
Qui, lunae creſcente globo, iubet aequora creſcant
Fluctibus adiectis, creſcant cum fontibus amnes;
Creſcat et incluſum capiti genus omne cerebri:
Et minuantur aquae, luna minuente liquores,
Ac decreſcenti decreſcant lege perenni.
Qui reges et regna domat, ſternitque potentes;
Deiicit elatos, et mergit ab arce ſuperbos.
Atque oppreſſores Deus opprimit, et pius vltor
Eleuat eliſos, et conſolatur adactos
Luctibus et damnis, et vulnera ſaeua dolentes.
Tu nobis, inuicte Deus, pietate medelam
Impendis; cui cuncta ſalus medicamine nullo eſt,
Quod ſpecies terrena parat languoris ad aeſtus.
Spes hominum cernens, et vota precantia complens:
Aſpice deſpectum, deiectum tolle parumper,
Confeſſumque iuua, quem poenitet eſſe nocentem.
Vt valeam narrare tuas hoc carmine laudes,
Quas potero: nam nemo valet narrare creatus
Vel modicum facientis opus: quod mens rea clamat

Pectore

613 *vento ſpirante loquaci*) An ſenſus eſt: qui facit, ventum, ſpiritum, habere loquelam? vt reſpiciatur ad Ioh. 3, 3. *vocem venti tu audis*. Weitz. p. 103. putat, Ventus ſpirans, loquax, adhibetur de Homine. Id fateor mihi non liquere.

614 *iubet aequora creſcant*) Alii libri: *Iubet vt mare creſcat*.

615 *fluctibus adiectis*) Lugdun. *fluctibus abiectis*, quod ſenſus non admittit. Verſu demum 617 fluctuum imminutorum fit mentio.

616 *capiti*) Edit. Lugd. *capite*. — *genus omne cerebri*) Mira opinicuncula priſcorum, quod crediderunt, Luna creſcente creſcere etiam cerebrum, cum hominum, tum animalium!

617 Hunc Verſum exhibet, vt in Textu legitur, Edit. Lugdun.

Alii

lis, homini occultus, viuat, ſpiretque. Iubet, Luna creſcente, creſcere maria et fluctus, fontes et fluuios, et omnis generis cerebra in capitibus. Viciſſim, Luna deficiente, deficere aquas et imminui. Qui principes et imperia coërcet; potentes ac ſuperbos deprimit, et ab excelſo praecipitat. Oppreſſores Deus opprimit; et vindex iuſtus attollit languidos; recreat lugentes ac damna paſſos, et ob vulnera acerba gemiſcentes.

Summe Deus, qui pro clementia tua mederis, quibus nulla medela ſaluti eſt in his terris. Tu ſpem et preces hominum audis. Intuere in miſerum, et opitulare aliquantum afflicto. Auxiliare reo, confitenti culpam ac dolenti; ei, qui celebro te hoc Carmine, prout poſſum: poteſt ſed nullus celebrare, vt dignum eſt, vel minimum opus Dei.

Sons

Alii libri: *Et minuatur aqua*, *Luna minuente*, *minore*. *Luna minuente*, id eſt, luna imminuta.

618 *lege perenni*) more ſemper duraturo.

620 *mergit ab arce*) deiicit de faſtigio.

621 *pius vltor*) punitor ſanctus et iuſtus.

622 *eleuat eliſos*) Luc. 1, 51. Lugd. *eliſeos*: ſed altera ſyllaba producitur.

623 *adactos luctibus et damnis*) qui damna patiuntur et lugent. Pro *luctibus* alii legunt *ictibus*.

625 Lectio Edit. Lugd. Weitziana: *tu ſancta ſalus medicamine nullo*.

626 *ſpecies terrena*) Apud ſcriptores huius aetatis, *ſpecies* ſunt res ad medicinam ſpectantes, inprimis aromaticae, ſed acres et mordaces; deinceps, quaeuis medicina. — *languoris ad deſtus*) Weitz. *languoris adepti*.

632 *quod mens ore clamat*) Aliae Editt. *quod mente reclamat*.

Pectore contuſo lacrimans, et voce fideli.
Obſes ſermo tuus: noſtro nam corde tenetur,
Quo te promittis nimia pietate parentem.

EVGENII MONOSTICHA,

ET REPETITIO DIERVM SEX.

Item, Adiicienda *de Die ſeptimo* in fine Ἑξαημέρου *Dracontii*.

Primus in orbe dies, lucis primordia ſumſit.
Alter ſplendifluis caelum firmauit in oris.
Tertius vndiuagum mare dat, cum germine terrae.
Quartus habet Phoebum, Lunamque, et Sidera caeli.
Quintus plumigeras volucres, piſceſque natantes.
Sextus, quadrupedes, reptans, homineſque fugaces.

Septimus eſt Domino requies, his rite peractis.
Non, quia cunctipotens humano more laboret
Actibus, aut feſſus quaerat requieſcere tandem;
Qui ſemper requietus agit, facienſque quieſcit.
Sed, quod Sacra Quies, typicis adoperta figuris,
Multa

634 *Obſes ſermo tuus*) ſequente Colo: quod deeſt nonnunquam. Tu certiſſime promiſiſti in *Verbo* tuo. Siue, per *Filium* tuum.

635 *nimia pietate*) ſumma clementia, ſumma longanimitate.

636 Cum hoc Verſu incipit Liber Dracontii, quem Nic. Antonius in Bibl. Hiſp. Vet. §. 255. librum *ſecundum* vocat. Vide Teſtimonia ſupra adducta, pag. 14.

637 *ſplendifluis*) Legitur raro, forte vnice in hoc loco.

Sons ego, cum lacrimis miſeret me, et cum fiducia. Sed ſpero in te. Nam promiſiſti, te fore patrem meum miſericordem et benignum.

PARAPHRASIS

MONOSTICHORVM EVGENII

Primo die incepit in mundo lux. Secundus dies fixit caelum in aquis ſupracaeleſtibus. Tertius ſtitit mare vndiſonum, ac terram cum frugibus atque herbis. Quartus, Solem, Lunam et Aſtra dedit caeleſtia. Quintus, aues, et aquis innantes piſces. Sextus, animantia, quadrupedia, ſerpentia, et Homines labiles.

His optime creatis *ſeptimo die* quieuit Deus. Non ita, quaſi opere fatigatus fuiſſet, veluti homines ſunt. Non, quaſi languidus ſe refeciſſet. Deus enim agit perpetuo, et agendo quieſcit tamen. Sed Quies Diuina typice declarat varia - - -

Reliqua Carminis huius, vtpote faciliora, Paraphraſi non indigent.

638 *vndiuagum mare*) Eſt denuo vox Eugenii. In Hexaëmer. vſ. 234 et 489 *vndifluum.* Componuntur apud Noſtrum etiam *vndifragum*, *vndiſonum.*

641 *hominesque fugaces*) Non, *ſagaces*. vt ſcripſit ex h. l. Eugenii, Brideferdus Rameſienſ. ad Bedae T. 2. p. 70. Intelliguntur *homines mortales.* *Fugaces homines* adhibet Eugenius, vt Horatius de annis, l. 2. Od. 4: *Eheu fugaces — labuntur anni!*

Multa gerat ſignis et pandat myſtica nobis.
Dicta Dei requies, quod noſtra redemtio, Chriſtus,
In carnem veniens, et carnis vincla reſoluens,
Hoc redeunte die, felici morte quieuit.
Dicta Dei requies, quod nos poſt mille labores
Solus vbique fouens in ſe requieſcere cogit:
Nec datur vlla quies miſeris, niſi ſuſcipit ipſe.
Dicta quoque eſt requies, mundana quod actio praeſens
Poſt ſex aetates, quas mundus in ordine currit,
Otia percipiens, aeterna pace quieſcet.
Dicta quoque eſt requies, quae nobis vltima ſors eſt.
Nam vitae curſu mundanae, molis ad inſtar,
Sex ſunt aetates homini, ſed ſeptima mors eſt.
Prima tenet ortum generis, infantia ſimplex:
Altera deinde pueritia mollis habetur:
Tertia quae ſequitur, ipſa vocitatur adulta:
Quarta gerit virtutis opem, ſpecioſa iuuenta:
Quinta, ſenecta grauis, ad vltima tempora vergens:
Sexta venit ſenium, quod vitae terminat aeuum.
Haec tibi, Rex ſumme, iuſſu compulſus herili,
Seruulus *Eugenius* deuota mente dicauit.

658 Riuinus recte ſic: quem ſequor. Sirmond. et Lugdun. *Nam vitae curſus mundanae molis ad inſtar.* adiecto Puncto.

664. 665 Differt *ſenecta* et *ſenium* in hoc loco, tanquam viridior et decrepita aetas.

667 *Seruulus Eugenius*) Supra in aliquo Carmine, pag. 30: *Eugenius miſellus.*

DRA-

DRACONTII ELEGIA

AD THEODOSIVM IVNIOREM, AVGVSTVM.

Hoc ſequenti libello Auctoris ſatisfactio a) *continetur, qua ab omnipotente Deo veniam petit, ne praecedenti Carmine aliquid incautus erraſſet. Dein Theodoſio iuniori, Auguſto, precem defert* b), *cur de triumphis illius eodem opere tacuiſſet.*

Rex aeterne Deus, auctor rectorque ſerenus,
Quem tremit omne ſolum, qui regis igne polum.
Sidera, flamma, dies, quem ſol, nox, luna fatentur
Auctorem, dominum ſaecula cuncta probant.
Omnia permutans, nullo mutabilis aeuo,
Poſt haec ſemper eris, qui es modo, vel fueras.
Nil confert demitque tibi tam longa vetuſtas,
Omnia tempus habent, nam tibi tempus abeſt.

Tu

a) *Auctoris ſatisfactio*) id eſt, excuſatio.

b) *Theodoſio precem defert*) preces ad eum fert. Theodoſio ſupplicat.

5 *omnia permutans*) qui omnia immutare potes. Non vertendum, *permiſces.* ſumma imis vertis.

6 *fueras*) Legitur in Editt. *fueris.* Sed perperam.

Tu mentes hominum quaſuis per ſingula ducis,
Effingiſque bonis candida corda viris.
Qui facis iratus homini contraria bella,
Propitiuſque iubes vt bona cuncta gerat.
Quicquid agunt homines, bona, proſpera, ſancta, modeſta,
Te faciente fiunt, quo bona cuncta fiunt.
E contra aduerſa, probroſa, maligna, inhoneſta,
Tu fieri pateris, qui mala nulla facis.
Haec tua lex docuit Moyſe praeſcripta notante,
Quum perduratum cor Pharaonis ait.

Sic *me* lingua, Deus, lingua patrante reatum,
Noxia culpa ligans, traxit ad illicita:
Vt, qui facta ducum poſſem narrare tuorum,
Vnde mihi poſſent dona venire ſimul;
Praemia deſpicerem, tacitis tot regibus almis,
Et peterem ſubito certa pericla miſer.
Quo, niſi caeleſtis Domini conſpectus ad aethram,
Aſpera cuncta premunt, proſpera nulla iuuant.

Ira-

9. *quaſuis*) Legendum omnino eſt ita. Non, *quamuis*. Mentes hominum omnes dirigis.

11 *facis*) concitas.

12 *bona gerat*) bona *agat*.

17 *Moyſe praeſcr. not.*) vt per Moſen dixiſti. Exod. 4, 21. 7, 13. 8, 19.

19 *Sic me*) Hexaëmeri ſcriptorem. Proxima verba, perſpicuitatis cauſſa Parentheſi includenda, id volunt: Sic me *lingua*, o Deus, *lingua* inquam, traxit ad illicita. In culpa ſunt quae ego ſcripſi. Nominat *linguam*, pro *verbis* et *literis*. Verſ. 55: *Litera doctiloqua*.

21 *ducum*) Verſ. 23. *regum*. Theodoſii Auguſti gens. *poſſem*) debuiſſem.

24 *peterem*) pararem mihi, adirem.

25 *Quo*) hinc. Quo factum.

Iraſcente Deo membra mutantur et artus,
Vertuntur ſenſus, vertitur et ſpecies.
Perſarum regem, Babylonica regna tenentem,
Poſt decus imperii nouimus eſſe bouem.
Tum diademalem turparunt cornua frontem,
Mugitus pecudis verba fuere ducis.
Errauit per prata vagus, mala gramina paſtus:
Sed qui bos fuerat, de boue factus homo eſt.
Liquit et antiſtes verus, pater ille Ioannis,
Elinguiſque fuit voce tacente ſilens.

Aſt ego, peccando regi, dominoque deoque,
Peior ſum factus deteriorque cane.
Vulnera vexati curat ſua lingua moloſſi:
Heu me! quippe mihi vulnera lingua dedit!
Sed qui reſtituit pecudis poſt membra tyrannum,
Vt fieret rediens in ſua regna bonus;
Quique reformauit taciti modulamina verbi,
Vt mutilata ſonos lingua ligata daret:

Ipſe

31 *diademalem frontem*) diademate ornatam. Rara vox *diademalis*. Praeter hunc locum de Nebucadnezare, occurrit adhuc penes Theodulfum a Sirmondo editum, 3 Carm. 15. *Et diademali ſat dignam pondere frontem.* Inuenitur etiam *diademâliter* apud Du Freſne in Gloſſar. h. v. Conſuetius: *diademata frons*.

34 *Sed*) Non *et*, nam metaſtrophe indicatur.

35 *Liquit*) deliquit, peccauit. *antiſtes verus*) Sacerdos Dei veri. Luc. 1, 5. Riuinum, verſus duo immutantem, ipſe confer.

38 *cane*) Verſu ſeq. *moloſſo*. Vſus huius vocis in conuiciis eſt; veluti Dauides, ſe, cum Saullo rege comparatum, dicit *canem* 1 Reg. 24, 15.

39 Oppoſitio non inelegans. Lingua canis *medetur* vulneribus ſuis: lingua Dracontii vulnera infligit ſibi.

41 *pecudis poſt membra*) poſtquam bouis membra amiſerat.

43. 44 Et qui mutauit boatum; ita, vt lingua huc vſque muta-

ta,

Ipſe meis parcet erratis, atque iubebit
Vt me reſpiciat reſtituatque pius.
Culpa quidem grauis eſt, venia ſed digna; reatûs
Quod ſine peccati crimine nemo fuit.
Nam Deus omnipotens potuit, dum conderet orbem,
Triſtibus amotis, optima ſola dare:
Sed diuerſa creans et diſcordantia, iuſſit
Et bona mixta malis, et mala mixta bonis.
Sic elementa potens contraria miſcuit auctor,
Humida cum ſiccis, ignea cum gelidis.
Litera doctiloquax apibus cognata probatur,
Queis datur vt habeant vulnera, mella ſimul.
Cera dat ingenium pueris, primordia ſenſus:
Inde fit vt praeſtet litera, vel noceat.

Aſpis

ta, lingua *mutilata et ligata*, ſonos denuo hominis redderet.

46 *pius*) miſericors, μακρόθυμος. In Hexaëmero *pius* ſcribitur vbique eo ſenſu.

47 *venia ſed digna*) Dracontii aetate ſcribebant *venialis*.

49 *potuit*) pro *potuerat*.

55.,56 *Litera doctiloquax*) libri docte ſcripti. Locum hunc affert Du Freſne Gloſſarium in *doctiloquax*. — *apibus cognata*) Libri quodammodo camparari poſſunt cum apibus, quippe quae, vt et vulnerant atque pungunt, ſimul etiam mellificant quod ait Palladius; ita pariter illi. Et proſunt, et nocent.

57 *cera*) pro *ceraculo*, vel *tabulis cereis*, in quibus formata erant elementa literarum, et ex quibus pueri docebantur. Sic habet Biographus quidam in Actis Sanctorum Menſ. Auguſto, T. 3. p. 743: *Quum in agro ſederet S. Molleus, Angelus, allato ceraculo, eum docuit literarum elementa.* Legitur locus apud Du Freſne, v. *ceraculum*. Inde Dracontius h. l. *Cera dat ingenium pueris, primordia ſenſus.* Iſidorus haec tranſtulit in lib. 6. Origin. 8. *Cerae, literarum matrices, paruulorum nutrices, ipſae dant ingenium pue-*

Aſpis habet mortes, habet et medicamina ſerpens:
  Vipera ſaepe iuuat, vipera ſaepe nocet.
Cerua, ſalutaris paſto ſerpente medela eſt.
  Conficiunt, pellunt, ipſa venena neces.
Materia ferri, ſimplex et noxia conſtat:
  Impius inde nocet ruſticus, inde placet.
Ipſa parit gemmas, pretioſos terra lapillos,
  Ipſa dat et vepres, ſpinea ligna, roſas.
Delicias morteſque parat mare fluctibus altum:
  Et generat pelagi conchula diuitias.
Aëra temperies auris vitalibus aptat,
  Quae corrupta, dies corripit atque animos.

Diras

pueris, primordia ſenſus, quarum ſtudium primi Graeci tradidiſſe produntur, qui primi ferro in ceris ſcripſerunt. Locum Iſidori, aliumque Papiae, ac plures huius generis, non neſciuit Riuinus. *Cera* vocatur etiam *libellus pueri.* Literae autem, vel acuunt ingenium, vel nocent interdum moribus. vt Verſu ſequenti dicitur. — *primordia ſenſus*) elementarias literas, vt ſenſus communis in pueris euoluatur.

59 *habet et medicamina*) In Hexaëmero, verſu 175: *Atque eadem* (venena) *membris impertitura medelas.*

61 *Cerua medetur ſibi, paſto ſerpente*) Hexaëmer. vſ. 522: *Amittunt cornua cerui: Anguibus abſumtis ſed mox palmata reſurgunt.*

63 *Materia ferri*) Ferrum in ſe eſt innocuum. Verſu 64 reſpicitur ad *ferrum aratri*, vomerem, quem Virgilius etiam vocat *ferrum* Georg. 1, 50.

64 *Impius ruſticus*) importunus, impetuoſus. A verbo obſoleto *impio* pro *impetum facio.* Feſtus: *Impite, impetum facite.* Sirmondus ita interpungit: *Impius inde nocet; ruſticus inde placet. Impius* poteſt eſſe *miles.* Credebatur enim olim eſſe nulla fides pietasque viris, qui caſtra ſequuntur.

68 *conchula*) Praeter Noſtrum, hoc diminutiuum habent etiam Valerius Maximus et Apuleius.

69. 70 Fallor aut ſenſus eſt: Aër et venti attemperant tempeſtatem; quae ſi eſt turbida, turbatur etiam vita et animus.

Diras vel placidas retinet natura volucres:
  Blanda columba auis eſt, aſpera vultur auis.
Nubibus aggeſtis, pluuiae, nix, grando, pruina,
  Gignuntur vicibus, ordine, lege poli.
Solis temperie ſpecies gratiſſima mundi,
  Cuncta creanda parit, cuncta creata fouet;
Per quam foetat humus flores, et meſſis ariſtas,
  Sole peruſtus ager, putris arena iacet,
Corpora ſol reficit radiis, et corpora vexat,
  Solibus alternis itque reditque ſalus.
Omnia nec mala ſunt, nec ſunt bona, ſidera caeli;
  Lucifer hoc docuit, ſidus et hoc docuit.
Temperies caeli medium nec poſſidet orbem:
  Nam de quinque plagis vix habet ipſa duas.

Quod

Temperies, caelum temperatum, ponitur inſuetius pro *tempeſtate*.

75 *ſpecies*) aſpectus, forma.

77 *foetat*) foetificat, foetum enititur. Non ſolum de animalibus, ſed de rebus quoque inanimatis, frugibus, arboribus dicitur.

78 *putris arena*) *lutea*, *ſtercorea* hic eſt. Alias *putre ſolum* dicitur ſolubile, quod facile reſoluitur in arenam, et vocatur a noſtris *lockeres Erdreich*. Sed apud Dracontium, hoc loco in vitio ſumitur. Ita denuo Carmin. 12 Eugenii: *Anhela tuſſis exſpuit putriflua*; intelligit *vlceroſa*.

79 *vexat*) moleſtia afficit.

82 *Lucifero*, τῷ Ἡῷ, adiicitur *Sidus* aliud: prius, ſalutare; hoc, peſtilens. Reſpicitur ad influxum, vel ſalubrem, vel perniciosum, quem putabantur habere ſidera in res atque animalia. Dicitur enim vulgo *ſidere tangi*, *peſtilenti ſidere afflari*. Riuinus per *Luciferum* intelligit Satanam, adducens Ieſ. 14, 12: per *Sidus*, ſtellam, Magis in Oriente apparentem. Sed haec ſunt longiuſcule petita, ac Noſter huc non reſpexit.

84 Quinque zonas caeli, Capella *faſcias*, Ouidius *plagas* nominauit. Duae ſunt *temperatae*; reliquas crediderunt Veteres,

Quod caelum, quod terra, fretum, quod purior aër
Non meruere ſimul, hoc modo quando habet.
Culpa mihi fuerat dominos reticere modeſtos,
Ignotumque mihi ſcribere nec dominum.
Qualis et ingratos ſequitur, qui mente profana,
Quum Dominum norint, idola vana colunt.
Iſraëlitarum populum ſic culpa tenebat,
Quando oblita Deum plebs vitulum coluit.
Et tamen indulgens veniam poſcentibus Auctor
Contulit, et Legem poſt mala facta dedit.
Te precor, Omnipotens, quem ſat decet eſſe benignum,
Et quem nulla iuuat vltio, ſed venia:
Cuius ſancta manus ſuſtentat corda regentum,
Et pius inclinas mox vbicunque iubes:
Coram te primum, me, carminis illius orſa
Quod male diſpoſui, poenitet en fateor!.

Poſt

res, aut ob nimios aeſtus, aut ob nimium frigus, *inhabitabiles* eſſe. Sed aliter ſe habere, Recentiores docent. Repete Dracont. Hexaëm. vſ. 183.

86 *non meruere ſimul*) Plagae non omnes *acceperunt* coniunctim. *Mereri*, eſt nude *conſequi*, *impetrare*. — *hoc modo quando habet*) Senſus eſt: Si plagae omnes haberent eandem temperiem.

88 Dominum, propter virtutes multas *non ignotum*, immo vndiquaque celebratiſſimum, a me celebrari ac laudibus efferri.

90 *idola vana colunt*) *Idola*, media breui, quia εἴδωλον Acutum habet in prima. Prudentius eodem modo effert vt Dactylus ſit. Hanc licentiam ſibi ſumſit etiam Seruius in libell. de Accentibus. Non autem apte. Nam ſic etiam ἄνθρωποι in media corriperetur.

95 *decet*) iuuat. Quem nulla *iuuat* vltio. Hexaëmer. 571: *Tantum pius, quantum* decet *Omnipotentem*.

Poſt te, ſumme Deus, Regi Dominoque reus ſum,
Cuius ab imperio poſco gemens veniam.
Imperet armato pietas tua, proſpera mandet
Rex Dominuſque meus ſemper vbique pius.
Nec mihi diſſimilis, quam quod ſolet omnibus eſſe,
Sit pietate ſua, ſit bonus et placidus.
Te nunc, Summe, precor, magnorum maxime regum,
Pectore mente rogans, voce manuque petens.
Da dextram miſero, veniam concede fatenti,
Tempore tam longo non decet ira pium.
Nemo cadet de iure Tuo ſub morte cruenta,
Scit ſe victurum qui volet eſſe tuus.
Sic leo terribilis fremit, horridus ore cruento,
Vnguibus excuſſis dente minante neces.
Acriter ardeſcit criſpato lumine ferri,
Et mora ſi fuerit, acrius inde furit.

At

103 *armato*) Immutanda fortaſſe eſt vox, *abiecto*, et id quidem ſenſu molliori, vt ſit *ſubmiſſo*. Qui veniam ſubmiſſe petit a Theodoſio. Si tamen retinendum *armato*; num dici videtur ita *Vaſallus*, aut *Miles* Principis? Eugenius in Epiſt. ad Chindaſv. vocat ſe *fidelium Regis* ſeruulum, id eſt *fiduciarium* clientem ac Vaſallum.

105 *diſſimilis*) Etiam mihi bonus, pius, placidus. *Non contrarius.*

111 *Nemo cadet de iure Tuo*) Nemo patietur iniuriam et contra ius fasque, Tu ſi dicis ius. Riuinus: *de iure ſuo.*

113 *Sic*) *hoc modo. Hac ratione* imitaturus non es leonem, qui veniam non dat.

114 *Vnguibus excuſſis*) vngulis exſertis. *Excutere, exſerere*, de vnguibus leonum, felium, aliarum ferarum.

115 Ignitum ferrum, et incandeſcit magis, ſi in gyrum vibratur; et ardet magis, quo diutius vibratur.

At ſi venator trepidans venabula ponat,
Territus et iaciat, mox perit ira cadens.
Temnit praedo cibos, quos non facit ipſe cadauer,
Ac ferus ignoſcit, ceu atis accipiat.
Et dat proſtrato veniam ſine vulnere victor,
Ore verecundo deiiciens oculos.
Sic tua, Regnator, non impia frangitur ira,
Quum confeſſus erit crimina geſta reus.
Ignoſcendo pius nobis imitare Tonantem,
Qui indulget culpis, et veniam tribuit.
Principis imperium ſimile eſt ad regna ſuperna,
Vt canit ad populos pagina ſancta Dei.
Sacrilegis referens caeleſtia iura cateruis,
Vinctus Apoſtolica diſcipulaque manu.

Nonne

117 Si venator aprum traiicit venabulo timidus ac tremens, ira eius deferueſcit paullatim.

118 *iaciat*) Apud Sirmondum et in Lugd. *iaceat*.

119 *quos non facit ipſe cadauer*) quas non ipſe *conficit* ac proſternit feras.

120 *ceu atis accipiat*) Sic legunt Editiones cunctae. Si autem retinetur, ſcribendum foret *atin*. Id eſt, *Si etiam* ἄτην *paſſus fuerit*. Ἡ Ἄτη Dea eſt nocens generi humano. Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται. Conf. Daceriam ad Iliad. 19, 91. p. 492 ſq. Sed legi hic poterat *ſatis*. *Ferus ignoſcit, ceu ſatis accipiat*. Si ſatis ſibi fit. Dracontius enim petit a Theodoſio *ſatisfactionem*, et excuſat ſe. Riuinus ſenſum non aſſequutus eſt, mutans: *Haut ferus agnoſcit, hoc auis accipiat*. Per *auem* intelligit aquilam.

123 *regnator*) Alii volunt *regnando*, quod nollem equidem.

128 *pagina ſancta Dei*) Prouerb. 8.

130 *diſcipulaque manu*) Quia praecedit *Apoſtolica*, hoc vocabulum videtur poni pro *Diſcipulorum ſcriptis*. Vtrumque idem eſt. Apoſtoli enim fuerunt Chriſti diſcipuli. — *Vinctus*, pro *obligatus*.

Nonne Dei praecepta iubent, ne ſol cadat intrans
Iraſcente alio, ne malus extet homo.
Rex inimicorum populis mucrone pepercit
Dauid, et ſceleris certus adulter erat.
Confeſſus facinus veniam pro clade meretur,
Noxius impune vel ſine morte reus.
Inſuper et Salomon, eadem muliere creatus
Quae ſcelus admiſit, munus honoris habet.
Non fuit hic Salomon caſta de coniuge natus,
Sed ſceleris fructus ſceptra paterna tenet.
Ecce quid impendit patris clementia parcens,
Vt ſibi regna daret, vt daret et ſuboli?
Ipſe inimicorum Salomon non colla popoſcit,
Quum peteret Dominum, ſed ſapientis opem.
Extitit hic prudens, quia noluit eſſe cruentus,
Pacificuſque fuit, conſiliique tenax.

Ante

131 *ſol intrans*) oriens. Is μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Eph. 4, 26.

132 *malus extet*) iracundus maneat.

134 *ſceleris adulter*) adulterii reus.

135 2 Reg. 12, 13.

137 *eadem muliere*) Claudicat ſcanſio quoad ſyſtolen et eċtaſin.

138 *munus honoris habet*) dignationem regiam obtinet.

140 *Sed ſceleris fructus*) Adulterii, quaſi emolumentum.

141 *Ecce quid impendit*) Sine interrogatione ſenſus eſt is: Deus maxime *rependit* Dauidi. Is quia pepercerat inimicis, Deus magis gratioſus, tum ei, tum Filio dedit thronum.

143 *ſed ſapientis opem*) Sapiens ponitur hic pro *ſapientia.* Salomo petierat a Deo ſapientiam, et quicquid ea continetur. 2 Paral. 1, 11.

145 *quia*) pro *qui.* Confunditur a librariis vox vtraque.

146 *conſiliique tenax*) iuſtus et tenax propoſiti. Horat. 3. Od. 3, 1.

Ante alios Stephanus, lapidum ſub grandine martyr,
  Hoſtibus orabat ſponte ſuis veniam.
Haec bona ſimplicitas praeſtat, ieiuna cruoris,
  Vir ſine morte furens, nil habet ipſe necis.
Caeſar vbique potens hoſti poſt bella pepercit;
  Et quod erat peius, ciuis et hoſtis erat.
Sponte facultatem retinens reparauit honores,
  Inde vocatus abit dignus honore pater.
Cuius ab imperio ſurgens et origine Caeſar
  Auguſtus, meruit tempus habere pium.
Tempore namque eodem natus de virgine Chriſtus,
  Cuius et emicuit ſtella per aſtra poli.
Dux princeps Romanus erat de principe Titus,
  Si non praeſtaret, dicere ſaepe ſolens,
Perdidimus hac luce diem, ſi nulla dediſſet
  Mox exoratus praeſtita ſupplicibus.
Alter item princeps modico ſermone probatur
Com-

148 Actor. 7, 60.

149 Sinceritas, vacua a vindicta, ira, caede; ea maxime iuuat. Qui *iraſcitur*, (*ira* enim eſt *furor*,) ita vt noceat nemini, iniuriam facit nemini.

153 *reparauit honores*) Sueton. in Iulio, 41: *Senatum ſuppleuit, patricios allegit: praetorum, aedilium, quaeſtorum, minorum etiam magiſtratuum numerum ampliauit.*

156 *meruit tempus habere pium*) vixit tempore quo omnia erant tranquilla. Eugenius cum multis aliis putauit, Chriſto naſcente pacem in orbe Romano toto fuiſſe, et Iani Templum fortaſſe clauſum. Blondellus tamen, Limborch, et Maſſonus varia ſolide exceperunt.

160 *ſi non praeſtaret*) Sueton. in Tito, 8. *Atque etiam recordatus quondam, quod nihil cuiquam toto die* praeſtitiſſet, *memorabilem illam vocem edidit: Amici, diem perdidi.*

163 *modico ſermone probatur*). *tenui* dignatione, potius *nulla*, inſignis. Oroſius *Commodum* Imper. vocat *incommodum cunctis*,

Commodus Auguſtus, vir pietate bonus.
Nobile praeceptum rectores diſcite poſt me,
  Sit bonus in vita qui volet eſſe Dei.
Ecce quid impendit homini clementia ſimplex,
  Vt praeſtet vitam, conferat atque animum?
Fama ducum, mors eſt bellis collecta cruentis,
  Ex quibus occurrit ſaepe reatus atrox.
Gloria bellorum ducibus, populiſque triumphus,
  In commune datum diuidit Omnipotens.
Nam ducibus tantum praeſtat clementia laudem,
  Non habet haec comitem, participemque negat.
Dicit, in arma ſimul fuimus cum principe, miles;
  Me pugnante comes victor ab hoſte redit.
Numquid vt ignoſcat rector, pars militis inſtat?
  Soli qui ignoſcit, gloria laudis erit.
Rex qui dat veniam ſubiecto, et temperat iras,
  Plus quam turba facit, qui ſua corda domat.

Te

cunctis, et hoſtem generis humani, Hiſtor. 7, 16. Plerique vocant alterum Neronem. Eugenius iudicat mitius de eo, et nominat *virum pietate bonum.* Sed ironice. Nam reſpicit ad Lampridium in vita illius, c. 8. *Inter haec Commodus, ſenatu ſemet ridente, quum adulterum matris Conſulem deſignaſſet, appellatus eſt Pius.*

165 *poſt me*) *a* me. Eugenius loquitur de ſe ipſo.

168 *conferat animum*) impendat, iacturam faciat. Quid proderit homini, ſi vel totum lucretur mundum? Matth. 16, 26.

170 *Ex quibus*) *in*, *cum* quibus.

177 *rector*) rex, gubernator.

179 *ſubiecto*) victo, proſtrato.

180 *plus quam turba facit)* Haec continent Praedicatum. Reliqua, *qui ſua corda domat*, id eſt, qui ſe ipſe vincit; aut referuntur adhuc ad prius Subiectum, aut *qui* ſignificat idem quod *et.*

Te, Deus aſpiciens effundere nolle cruorem;
Vt ſine peccato, non ſine laude daret,
Contulit abſenti, terrae pelagique triumphos.
Anſila teſtatur, Maurus vbique iacet.
Quod pereunt hoſtes, Regis Fortuna vocatur:
Quod pereunt populi, temporis ordo gerit.
\- - - - -
Tempora ſunt vitae, tempora mortis erunt.
Sex ſunt aetates hominum cuiuſque ſenectae:
Et diſtincta tenent tempora quaeque ſua.

Num-

181 *Te*) Poëta alloquitur Theodoſium.

183 *terrae pelagique triumphos*) Victoriam Theodoſii laudant, praeter alios multos, Socrates H. E. 7, 22 et 42. item Sozomen. in Praeſ. ad Theodoſ. p. 393. et libro 6 ſeqq.

184 *Anſila*) Nihil muto in ea ſcriptione. Intelligendus eſt quidem *Attila* Hunnorum, flagellum mundi. Sed ſcribitur is diuerſe. *Ethale: Totila: Attila*: et in libro Annalium quem Lazius edidit, *Ezel*. Populares Dracontii et Eugenii videntur pronunciaſſe *Anſila*, quod nomen apud Sirmondum et in Bibliotheca Patrum Lugdun. ſeruatur. Is igitur Attila, quum vaſtaret imperium Romanum, Theodoſius cogebatur pacem cum illo inire. Conf. Theophanes p. 88. ed. Combeſiſ. Superauit autem tyrannum penitus Iuſtinianus. Iſidorus Hiſpal. de geſt. Longob. 1, 25: *Mauros, Africam infeſtantes, eorumque Regem Attilam, Iuſtinianus protriuit*. Add. Ioh. Grangier Diſſ. de loco vbi victus Attila fuit olim.

185 *Regis fortuna*) Adulatio veterum, tribuebat proſperos rerum ſucceſſus, Auguſtis, et Regibus; vocabant *Regis fatum*, *Principis fortunam*. Barth. ad Claudian. Anim. in 3 Conſul. Honor. p. 507 adduxit Dracontii hunc locum. Et Orbertus in vita Henrici IV. ait: *Regis fortuna vicit, et hoſtis ferociſſimus peremtus turpiter iacuit*.

186 *temporis ordo gerit*) facit. Iornand. de regn. ſucceſ. p. 55. Lindenbr.

189 Sex periodi vitae ſunt. Vid. Eugen. Monoſtich. vſ. 24. Horat. de art. poët. 156. — Quod ad reliqua Dracontii

atti-

Numquid adulterii ſtrepitus infantia ſimplex
Vindicat? aut fremitus pigra ſenecta gerit?
Non catulaſtra gerit puerilia, non puer audet
Attrectare tener Martia tela manu.
Non furit in Venerem nondum pubentibus annis,
Nec foetum partus femina reddit anus.
Maturus tractat, gemit et tremebunda ſenectus,
Neſcia feruoris, vel leuitatis inops.

Cetera deſiderantur.

attinet, videntur deeſſe quaedam. Liber enim nimis ſubito abrumpitur, nec in fine cohaerent ſingula cum praecedentibus, ſed pleraque hiulca ſunt.

193 *Non catulaſtra gerit puerilia*) Forte: *Num catulaſtra gerit p.? Num puer audet? Catulaſter*, contracte *catlaſter*, κάλληξ, deriuatur a *catulus*, et dicitur de adoleſcentulis adulationis cauſſa. Vide Priſcian. 3, p. 14. Aſcenſ. In hoc loco *catulaſtrum* eſt ludus puerorum neſcio quis, aut ſunt crepundia. Conf. Du Freſne Gloſſ. Manual. h. v. p. 297. Reineſ. Ep. 8. ad Daum. Lampe de Cymb. Vet. 2, 22.

197 *Maturus tractat*) Matura aetas et mens ſedata attentius conſiderat res.

198 *leuitatis inops*) Senectus, vanitatis neſcia, ſed conſtans, obfirmata. *Inops leuitatis*, idem eſt ac *impos leuitatis*. *Impos* autem metro non admittebatur. Quia Dracontius abrupte, nemineque putante, claudit librum, recte coniicitur cetera deſiderari.

ADDEN-

ADDENDA

praecipue ad NOTAS.

Ad Hexaëm. Verſ. 24. p. 34.

Ignibus aetheriis) *Ignes aetherii* in hoc Verſu non ſunt *ſtellae*, vt Weitzius putauit. Nam ſtellae die demum quarta creabantur. Sed, *aer* in elementis ſuis *fulſit*.

Ad Hexaëm. Verſ. 108. p. 46.

Ariſtoteles l. 8. Phyſ. c. 17, *Hominem*, ait, appellari *mundum paruum*; *Vniuerſum* autem et τὸ Πᾶν dici *mundum magnum*; idque propterea, quia vterque ſibi ſimilis eſſet, quoad ordinem, harmoniam, materiam, cet. Plura huius generis occurrunt apud Fortun. Licetum, l. de mundi et hominis analog. (Vtini, 1634.) vbi multa reperies ingenioſa, ſubinde tamen nimis e longinquo conquiſita. Talia ſine dubio habet etiam Rob. Fludd. in Hiſt. macrocoſmi et microcoſmi, quem librum vero ego quidem videre non potui. Denique, quoad nomen *mundus* et *homo*, nugati ſunt veteres immane quantum! *Magni mundi* nomina, dixerunt, eſſe *O*rbem, *M*undum, *O*mne, eaſque literas tres initiales indicare *mundum paruum*, OMO; (*H* enim non eſſe literam). Ad eam opinionem reſpicere Dauidem Pſalmo 4, 7. in verbis: *ſignaſti ſuper Nos lumen vultus Tui*. Nam Deum exhibuiſſe in vultu hominis tria nomina mundi ſenſibilis, *O*rbem, *M*undum, *O*mne, ſub figura et effigie, quam vide apud Licetum, libro ſtatim adducto, p. 6. — Δότέ μοι λεκάνην!

Ad Hexaëm. Verſ. 128. p. 48.

meruiſſe creari) De verbo *mereri*, et voce *meritum* extat diſſertatio Radulphi Ardentis, in Homilia aliqua, p. m. 484.

Ad Hexaëm. Verſ. 158. p. 52.

ſua bucula) Similis metaplaſmus eſt apud Graecos εὐρέα pro εὐρύν, ὀξέα pro ὀξύν. Sic poëtae Latini, pro *obliuio*, ſcribunt *obliuium*, et in Plurali *obliuia*.

Ad Hexaëm. Verſ. 206. p. 58.

Laudes *carbunculi*, qui gemmas ardentes omnes ſuperat, canit Marbodeus in Enchirid. de lapid. pret. c. 10, ibique Pictorii lege Scholia.

Ad Hexaem. Verſ. 488. p. 92. collat. cum Verſ. 439. p. 84.

Reſurrectionis humanae *typum* varium Deus propoſuit in natura; et eum pluribus enarrauit Epiphanius in Ancorato. — Greg.

Quec-

Queccius, (medicus quondam Norimb.) in libro parum obuio, de nobilit. et praeſt. hominis c. 25. p. 545. collegit Patrum cogitata, Tertulliani, Prudentii, Aeneae Gazaei, et aliorum, nec omiſit Dracontii locum hunc.

Ad Hexaëm. Verſ. 535. p. 96.

" Loca Patrum de *Phoenice* collegit Gabrielis Carola Patina, in Epiſt. ad Hieron. Cortarium de Phoenice in Numiſm. Antonini Caracallae. Venet. 1683. 4.

Elegia ad Theodoſ. p. 113.

ſatisfactio) excuſatio. Auſon. Popma p. 577. Hekel.

Ibid. p. 116.

cera) cerei pugillares, a cruſta cerae vel malthae, quae tabellis illinebatur. Praecipue pugillares, in quos tumultuarie aliquid coniiciebant.

Ibid. p. 119.

idolum media breui) Super hac proſodia leg. Nolten. Lex. Antib. p. 289.

Ibid. p. 125.

Sex ſunt aetates) Conf. Fortun. Licet. de mundo, c. 9. p. 62.

Quia denique pag. 111. omiſſa fuerunt quaedam ex Paraphraſi Eugeniana; qui putent omittenda non fuiſſe, ſuppleant, ſi placuerit, in hunc modum. "Dicitur Dei quies, quod Chriſtus redemtor, aſ„ſumta hominis natura mortuus, die ſeptimo quieuit, felicitatem „ob noſtram. Quies Dei; quod efficit, vt poſt plurimas afflictio„nes acquieſcamus ſolo in ipſo: non enim datur quies aerumnoſis, „niſi ipſe recipiat aerumnas. Quies; quod finitis aetatibus ſex, „cum labore contritis, tandem quieturi ſumus perpetuo. Denique „quies dicitur, quia ſors haec eſt vltima. — . Aetas nam vltima, „onus graue, poſt ſex illas, finitur morte. Prima eſt natiuitas et „infantia. Altera, pueritia. Tertia, aetas adulta. Quarta, iu„uentus, aſpectu quidem multo, perpauca autem virtute. Aeuum „quintum, ſenectus moleſta, minans mortem. Sextum, decrepita „aetas, vitaeque finis eſt. — Atque ea quidem, Rex auguſte, „(ita enim iuſſiſti,) dat, dedicat, conſecrat deuote, Tibi admodum „emancipatus *Eugenius*.„

INDEX

INDEX.

Numeri indicant *Paginas*, et praecipue NOTAS reſpiciunt.

Aeterna domus nemoris 97
Aetherei ignes; elementa fulgentia 34. *Addend.* 127
Amomum, h. l. piper aſperum 59
Amor plenus toto corde 65
Analogia mondi et hominis 46. *Addend.* 127
Anſila pro Attila 125
Antonii (*Nic.*) dubium num Dracont. Hiſpanus 13
Aquae ſupracaeleſtes 55
Aquarius, vndae prouidus 79
Ariſtarchus 29
Artifex, faber ferrarius 78
Ate Dea 121
Aues ex aquis creatae 48
Aurora roſcida 100

Barthii (*Caſp.*) et *Baillet* (Adr.) iniqua de Dracont. 15
Barthii coniectura nimis erudita 72. 91 emendatio bona 59. 86. 105. error 85 iniqua reprehenſio Dracont. 16
Bellua, elephantus 54
Bibliothecae Patrum, quibus ineſt Dracont. 20
Blandum, optimum 34
Bucula, metaplaſmus 52. *Add.* 127

Caeruleum aequor 36
Caeſarea in Palaeſtina 59
Caeſaries, coma 67
Caneſcunt prata hieme 45
Canis, conuicium 115
Carbunculus: gemma ardens et rubens 58. *Add.* 127
Caro, corpus 89
Catulaſtra 126
Cera, pugillares cerei 116. *Add.*
Ceruorum cornua arborea 96
Ceſpes, tractus, regio 57. 72
Chindaſuinthus 25
Cicutae fauorum 42
Circumſcriptio, fraus 76
Clarius, an diſſyllabum 34
Comae, arborum folia 40
Cometa 98
Conchula 117
Coquuntur poma, matureſcunt 40
Cor fluenti, fluuius 37
Corda ſepulta, ſepulti 94
Crepitare, de volatu auium 49
Criſtata cohors, aues 49
Cruſius (*Chriſt.*) Dracontii emendator 39 *et ſaepius.*
Cruſtae, tabulae marmoris 58
Cuſtos pro caue 54

Decoro, (med. long.) pulchrum reddo 49
Diademalis 115
Digeſtio, egeſtio 77
Diuale decretum, regius iuſſus 27
Doctiloquax 116
Dracontius nimium repetit vocem *lux* 33 emendatur 48. 58. 59. 64. 73. 77. 79. 85. 103 errat 60. 89. 104 eius caeſurae 34. 52 ſoloeciſmus 65 anacoluthon 87 lacuna ingens 76 imitator Lucani 105
Dulciſluus vox Dracont. 38
Dum, i. quamdiu, donec 68

I Ebria

Ebria vinea 39
Eburnea monſtra elephanti 56
Editiones Dracontii 21
Elementa muta, loquuntur 86 rident 43
Epigrammata, verſiculi 29
Eugenius, miſellus, luſus poëticus 30 Aſtronomiae huni deditus 45 Epigrammata eius 22 nugarum mole piat Dracontium 5. 29 *βαρβαρίζει* 27 illius interpolatio 84-86
Eugenii duo 45

Facere cibos, cibis inſeruire 48
Fideles, Vaſalli 26
Fieri, creari 67
Flabellum l. flagellum 39
Fluctus, flumina ventorum 88. 105
Fluiſcere verbum Dracont. 103
Foetura, foetus 93
Fons non *ſperat* reditum aquae 92
Fugaces homines i. mortales 111
Funus, cauſſa funeris 75 funera viua gerere 97 funereus dens 74
Fur, agens clandeſtino 64

Garamantum ſaxa 57
Gemmant vites 87
Getulia ad Nilum 56
Globi, oua 51

Hami mordaces 79
Hauſtus, reſpiratio 90
Homo paruus mundus 46. *Add.*
Humus mater 37

Iacet, de mari tranquillo 55 de aegroto 97 mortuo *ibid.*
Idolum media breui 119. *Add.*
Ignis ſalutis 43 pius 46
Imago Dei an in corpore 69
Immenſa capilli pro denſis 61
Impes, impetus 84
Impius i. impetuoſus 117
India, an ibi Paradiſus 40 generat pigmenta *ibid.* gemmas et elephantos 56 odorata *ibid.*
Infidelis, feloniae reus 26
Ingenitus ſanguinis 68
Iniuſte latuit terra in mari 36
Interea pro praeterea 40
Ira verberis, minima virtus Dei 102
Iugalis, matrimonio iungendus 68
Iulus, muſculus 47

Laborare ſub lege 47
Lator libri 48
Latro, lupus 53
Liceti (*Fortun.*) mundi et Hom. analogia 46. *Add.* 127
Limare dentes, de ſuibus 53
Lingua, pro verbis, literis 114
Lucent primordia mundi 32
Lucifer, Phoſphorus Heſperus 99. 118.
Lucus pro ſilua 71
Lugdunenſis editio Dracont. 20. 54. 64
Luna imago ſolis 99 acumen Dracontii de luna 45
Lux, tenebrarum mors, ſplendor flammae, magni temporis index, candor pudoris 32

Maliſuada lingua 77
Mare *συντόκον* 67
Mareotis 56
Marmor Babylonium viride 58
Mereri, conſequi 49. 119 meritum *Add.* 127

Meſſes

Meſſes odoratae 71
Metallicus 79
Metaplaſmus 52. *Add.* 127
Microcoſmus, homo 46 luſus in voce Adam *ibid. Add.* miles Dei, tiro et veteranus 47
Moderantior, nium potentior 60
Mortes ſpargere 54
Mundus, homo magnus 46. *Add.*
Muſculus piſcis 47

Nardus ſilueſtris 59 πιστική *ibid.*
Natatu fluido incedere 48
Natura pro Deo 69
Ne, i. niſi 94
Neſcia corda pudoris 71 neſcius aues cruentas 73
Nigris, Niger eſt Nilus 56
Niuei lapilli, vniones 58
Nutritor Deus 101

Obtunſus 79
Oculari, vſum oculor. recipere 97
Omnia, *allerley* 91 omnia ad vnum 72
Opera nemoris 42
Opacae deliciae 73

Palingeneſiae exempla 92 f. 98 f.
Palla nitida, i. ſtilus melior 28
Palmati cerui 53. 96
Paradiſus 40 hortus floris perpetui 84 domus aeterna nemoris 62
Parturit arbor 38. 87
Pecten textorum 58 emendatur Dracont. *ibid.*
Pennari 51
Perſia gemmis nobilis 58
Pereuntia non intereunt 92
Pfeifferi (*Ioh. Phil.*) duplex error de Dracontio 97
Philoſophorum inepta 46. 100. 104. 108. *Add.* 127
Phoebi ſaltus 106
Phoenix 97. 98. *Add.* 128
Pietas Dei 70 pius vltor 108 pium lac 65 pietatis inops 75 pia vox *ibid.* pius ignis 46 pium tempus 123 Pius, ironice 124
Placiti fructus, num placidi 41
Plaſma, creatura 70. 87
Plorant vites, ſtillant 59
Polus, caelum 32
Pomum, omnium fructuum nomen 41
Praeparuus 29
Praepetes, aues altiuolantes 107
Praeſcientiae exempla 78–82
Praeſtare, beneficio afficere 85. 123
Praeſumtio nulla refellit 86
Pſylli venenis medentes 80
Pubes adiectiue 65
Pudor pro pudimento 71
Puluere (non de) num faciliime 79
Purpureum, pulchrum 102
Putre ſolum 118

Rabidae procellae 105
Racemi pro uuis 40
Reatus incurrere 74. 78 reatum releuare 83
Recidiuum, an rediuiuum 84
Repenſio, remuneratio 27
Reſpiratio 90. 91
Rigator, Dracontii vox 84
Riuini (*Andr.*) diligentia 34. 40. 61. 71. 81. 90. 96. 103. 112 error 50. 56. 77
Rudis, rei vxoriae neſciens 65
Ruizii (*Mich.*) editio Dracontii 21

Saporare, ſapidum reddere 106
Satisfactio, excuſatio 113. 128
Secum eſſe, in coniugio 63
Semus, imperfectus 26
Senectus florum 95

Senſu-


Senſulus vox Eugenii 26
Sepultus vultus, oculi occoecati 97
Seres lanificio filorum nobiles 58
Serpentis tegmen ſtellatum 95
Siderum curſus 45
Simpliciter, negligenter 71
Sol flamma liber 43 Sol famulus Dei 100 naturae depoſitum 101 ſoles arcti, longi 105
Solatia dare facto 63
Soloeciſmi Dracontii 27. 65
Somni ſynonyma 66 ſomnifer an ſomniger 44
Species terrena, medicina 109
Spiramina. Vid. *ventus*
Splendifluus 110
Stellae langueſcunt 100
Stellatum quid 96 Stellat nemus roſulis 106
Stringere, placide lambere 62
Subarundinare, verbum Dracont. 39
Subdactae, ſenſim diſſipatae 69

Tellus domari iuſſa 72
Tenebrarum mors, lux 32
Teporare, verbum Dracontii 35
Tigridis color incertus 57
Tremorem monſtrare 103
Tremulare 42
Triumphare aliquem 76

Vacuare, efficere vacuum 50
Valleſtris 37
Vapor, aeſtus 97
Vaſallus, fidelis 26. 120
Venena, ſalubria in medicamentis 55. 117.
Ventus, ſpiritus ſine corpore 88 eius effecta 90 ſ. ſynonyma *ibid.* omnib. rebus inſeruit 91 ventorum theſauri 104
Veſtes auium 96
Virgilii emendatores vett. 29
Viſcera pro aluo 54
Vlamingius (*Petr.*) reprehendit Eugenium 5
Vitio vitalis 83
Vndare, vndas euomere 38
Vndifluus verbum Dracont. 67 vndiuagus 111
Voſſii (*Ger. Ioh.*) error de Dracont. 12. 16.
Vota mala, an *vita* mala 103
Weitzii (*Ioh.*) diligentia 41. 71. 75. 95, 96 error 38. 41. 50. 52. 66. 68. 94. 104. 108
Vultur, *περιγνώσεως* ſymbolum 107

Zehneri (*Ioach.*) editio Dracontii num extet 20
Zodiacus, orbis ſignifer 101
Zonae, faſciae, plagae caeli 118

ERRATA. Pag. 46 in Not. legatur *Μεσημβρίαν.*
Pag. 56 in Not. lin. 2 leg. *Libyſſae.*
Pag. 79 in Not. lin. 3 leg. *ἀκοντί.*
Pag. 85 in Not. l. 8 deleatur Punctum ante *Dracontii.*



APR 2 1912

24 1914

Ld 11.5
Dracontii presbyteri hispanti, Carm
Widener Library 004692539
3 2044 085 249 886